



NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08161751 0




ALCAEI POETAE LYRICI FRAGMENTA.



HALAE,

IN OFFIC. LIBRARIA IO. CHR. HENDELII.

MDCCCX.



LECTORI
BENIVOLO ET ERUDITO

S. P. D.

D. THEOD. FRID. STANGE,

PROF. THEOL.

M. Chriſtianus David Jani de editis Horatii carminibus aliisque ſcriptis in uſum adoleſcentiae ſcholaſticae optime meritus idem commentationes tres de Alcaeo, poëta lyrico ejusque fragmentis in forma proluſionum MDCCLXXX — MDCCLXXXII. Illuſtr. Gymn. Islebiae rectoris munere fungens Halae typis Hendelianis edidit, Quae cum cito venditae neque exempla harum proluſionum ſuperfuiſſent, ideoque fruſtra requiſitae: redemtor horum libellorum me adiens precibusque rogitans, ut refectis et praetermiſſis iis, quae ad tempora et loca harum proluſionum pertinerent, ea tantum retinerem, quae ad communem lectorum uſum pertinerent, ut ita integrum libellum Fragmentorum Alcaei eſſent effectura. At iſti viro ſignificavi, valde ſe falli, ſi puta-

si putaret, omnia haec Alcaei esse λείψανα, quae *Jani* evulgasset; dixique eundem ea tantum ex Athenaeo illustrasse carmina, quae cum Horatianis conferri atque comparari possent quaeque constarent, poetam Graecum in imitationem a latino esse propositum. Quocirca iterum me rogitavit redemtor prolusionum de Alcaeo, ut secum ea communicarem, quae ad illustrandum poëtam praestantissimum ulla ratione spectarent; quo plenior et perfectior ἔκδοσις fragmentorum huius poetae prodiret. Precibus huius hominis, non iis rebus, quibus vulgo ad ejusmodi opera suscipienda scriptores famelici alliciuntur, (quasque res barbare *honoraria* vocant) motus, auctor eidem fui, ut notitia litteraria huius Alcaei ex Bibliotheca Fabricio Harlesiana repeteretur; ex hac enim plenissima notitia huius poëtae hauriretur; in primis cum de caritate hic liber in paucorum manibus esset. *Balii* vitam accurate enucleateque scriptam ex eius *dictionario* adjiciendam curavimus. Neque *Gyraldi* vitam huius Alcaei breviter et latine propositam negligendam putavimus. Textum graecum Athenaei ex *Schweighäuseri* V. C. cura etiam in iis carminibus, quae *Jani* jam ediderat, ab hoc in haud paucis discrepantem denuo repetii-

mus

mus, quod maxime in animadversionibus alia plane uteretur ratione atque qua *Jani* usus. Cum olim jam nonnullae curatae collectiones fragmentorum Alcaei in huius urbis librorum collectionibus non reperirentur, convenit precibus redemtor huius opusculi D. Henr. *Blümner* Lipsiae praetorem urbanum et Chr. Dan. *Beck*, Prof. gr. et lat. ling. Viros meritis de re litteraria gravissimos, ab iisque facile impretravit, ut ad aliquot temporis spatium sibi: *Poëtae graeci veteres, tragici, Comici, Lyrici, epigrammatarii, additis fragmentis ex probatis auctoribus collectis nunc primum graece et latine in unum redactum corpus* (*a Jo Lectio*) *Colon. Allobr. 1614 fol.* atque *Carmina novem illustrium feminarum, Sapphus, Erinnae, Myrus, Myrtidis, Corinnae, Telesillae, Praxillae, Nossidis* (*in Harlesii introd. in hist. ling. graec. p. 63. prol. male legitur Nassidis; uti sequens vocabulum Alcmannis duplici n etiam pejus exprimitur.*) *Anytae; et Lyricorum, Alcmanis, Stesichori, Anacreontis, Alcaei, Simonidis Bacchylidis; Elegiae Tyrtaei et Mimnermi. Bucolica Bionis et Moschi Latino versu a Laurentio Gambara expressa. Cleanthis Moschionis, aliorumque fragmenta nunc primum edita. Ex bibliotheca Fulvii Ursini Romani. Antverpiae ex officina Christophori Plantini; 1568.*

1568. crederentur. Ex his libris ea transtulimus, quae a nobis desiderarentur. Liberalitatem horum virorum ad adjuvandas graecas litteras bibliopola huius libelli grata mente agnoscit. Ceterum etiam adjecimus fragmentum ex Eustathio illud Ἀδμήτου λόγον κ. λ. et ea ex Pindari Scholiaste, quae num revera Alcaei an alius sint dubitantur. Cum nostra aetate, in primis in Germania vigeat litterarum graecarum studium et collectiones Scriptorum praeclarorum virorum, quae injuria temporum perierunt, litterarum graecorum studiosis et gratae et acceptae sint speramus fore, ut et fragmentorum nova haec congeries Alcaei Lyricorum praestantissimi lectoribus eruditis placeant.

Scribebam Halae ipsis Cal. Aprilib. MDCCCX.

ALCAEI

ALCAEI VITA
ex Gr. Gyraldo.

Alcaeus fratres duos habuit, alterum quidem Cicin, alterum vero Antimenidem quem Babyloniorum socium, ut scribit Strabo, appellare erat solitus: et certamina magna confecisse dictus, ipsosque ex maximis periculis liberasse. Est in historiis proditum, Pittacum ab Alcaeo multis contumeliis et convitiis laceratum nam (ut est ab Aristotele literarum monumentis relatum) quum Alcaeus et frater Antimenides patriae exercitui duces praeessent, ipsis a civibus abrogatis, imperium et ejus summa est Pittaco tradita quam rem iniquiore animo tulit Alcaeus, remque ipsam in suorum carminum locis plerisque aperte ostendit. Dionysius historiam ita ipse recenset, Pittacum, inquit, dictatorem (sic enim quem illi aesymnetam, interpretatus est) Mitylenaei creaverunt: ut contra exules eos qui patriae cum Alcaeo nobili poëta erant, confligeret: quare non mirum

mirum videri debet si cum illo perpetuas inimicitias exercuit nam et illum, ut refert Laërtius, interdum σαρᾶποδα, et σάραπον, quod latipes esset, et pedes traheret, et χειροπόδην nuncupabat, quod scissuras in pedibus haberet, quae graece χειράδες, et ῥαγάδες appellantur, Laërtio et Phanorino testibus. Γαύρικα vero, quod frustra intumesceret et superbiret. Item φύσκωνα et γάστρωνα quod pinguis esset ζοφοδορπίδαν autem, quod ἄλυχνος id est, non sine lucerna videret. Porro et ἀγάσυρτον, quod de se male audiret et sordidus esset. Atque hujuscemodi Alcaeus conviciis et maledictis Pittacum est insecutus. Quare quum captivus in ipsius Pittaci manus venisset, ut est apud Val. Maximum, illum quidem impune abire permisit, tantum admonuit quid in opprimendo posset. Heraclitus vero illi dixisse ait, veniam longe supplicio meliorem, verbum utique sopho, id est sapiente, dignum et vel hoc ipse dignus ut inter septem sapien-

ſapientes connumeretur. Sed enim non Pittacum ſolum Alcaeus eſt inſectatus, ſed et Myrſilum, et Megalagyrum, et Cleanthidem, alioſque nonnullos qui in patria tyrannidem per impotentiam exercebant, ut tradit Strabo. Commodius ergo, inquit Piſo, o Piee, Quintiliani verba exponemus, quum Alcaeum ait tyrannos inſectatum eſſe. Cui ego, Equidem recte Piſo doces: ſed paullo poſt tu ipſius Quintiliani verba recenſueris. Graeci Staſiotica Alcaei quaedam operâ vocant, quae vos Latine ſeditioſa dicere poteſtis. Meminit et de his Strabo, in quibus ſcilicet de patriae ſeditionibus inteſtiniſque diſcordiis a tyrannis oppreſſae agebat: quo etiam carmine navigationem ſuam et bella deſcripſit quod et Acron teſtatur, et Horatius, quum ita cecinit,

Et te ſonantem plenius aureo
Alcæe plectro, dura navis,
Dura fugæ mala, dura belli.

Horo-

Herodotus memoriae monumentis mandavit, eo tempore quo Mitylenaei cum Atheniensibus pugnarent, victoriaque penes hostes esset, Alcaeum abjectis armis aufugisse: quae ab hostibus collecta, in templo Palladis suspensa fuere, idque ex ipsius versibus ad Menalippum facile cognosci quam tamen historiam ut parum fideliter ab Herodoto expositam Plutarchus retulit in eo qui inscribitur: De Herodoti abusione seu malignitate (si recte sic cacoethia interpretatur) Historiae veritatem secuti sunt, Strabo, Laërtius, et Suidas. At vero in Musicis et in arte modulandorum carminum peritissimum fuisse Alcaeum, praeter Graecos et Attilius Donatianus apud Latinos scribit: ideoque Horatium in quibusdam ait duriorem videri, quod Alcaeum haud recte semper sit imitatus: ut in illo,

Lydia dic per omnes
Te deos oro, Sybarin cur properes amando
Perdere?

Index

Index
Scriptorum Alcæum commemorantium.

I. Græcorum.

Scho-

II. Latinorum.

DE

DE
ALCAEO,
POETA LYRICO.

A

NOTITIA LITERARIA
DE ALCAEO
POETA LYRICO, EIVSQVE FRAGMENTIS
EX
IOANNIS ALBERTI FABRICII
BIBLIOTHECA GRAECA
A
GOTTL. CHRISTOPH. HARLES
auctius edita Vol. II. Lib. II. Cap. XV.

ALCAEVS Mitylenaeus Lesbius, Tyrannis *minaci Camoena* a) sua et στασιωτικοῖς carminibus infestus, sed libenter obsequens vino, (conf. *Athenaeum* X. 7.

 et

a) Vt ait *Horat.* IIII. 9. 7. Carmina illa, quae de bellis civilibus et in tyrannos fecit, διχοστασιαστικὰ dicta sunt. vid. *Dacier.* ad Hor. Od. XIII. lib. II. v. 26. In horum carminum multis, quod aperte non posset invehi in tyrannos, allegoria regnavit; vid. fragmentum Alcaei apud *Heraclidem* Ponticum de allegoria Homerica, in *Th. Galei* opusculis mythologicis, Amstel. 1688. 8. p. 413. et elegantissim. *Iani* ad Horat. I. carm. 14. Argumentt. *Harl.*

et. 8. p. 429. et 430) b) aequalis ac civis Sapphonis, [vid. *Strabon.* XIII. p. 917.] clarus fuit circa Olymp. XLIV. c) Vide *Herodo-*

b) Pueros quoque amasse arguitur. *Horat.* lib. I. od. 32. 6 sqq. *Cicero* de N. D. lib. I. cap. 28. *Naevus in articulo pueri delectat Alcaeum. At est corporis macula, naevus: illi tamen hoc lumen videbatur.* Idem Tuscul. quaest. IIII. 33. *Fortis vir in sua republica cognitus; quae de iuvenum amore scripsit Alcaeus!* et de amore, quo erga Sapphum ardebat, vid. *Aristot.* Rhetor. lib. I. cap. 9. adde *Bayle* Diction. voc. Alcée, A. et C. Sed *Alcaeum* ab utroque crimine non omnino quidem defendit, at tamen pro illa morum et simplicitate et licentia bene excusavit *Iani* in prol. I. de Alcaeo, p. 7. et 8. *Harl.*

c) In Chronico Eusebio-Hieronym. edit. *Vallars.* p. 462. Olymp. XLV. $\frac{2}{3}$ (secundum Scaligerum Olymp. XLIV. 2.) dicitur: *Sappho et Alcaeus poetae clari habentur:* sive, ut est in cod. primo Palat. apud *Schurzfleisch* in Notitia bibl. Vinar. p. 248. *Sappho poetria et Alcaeus poeta, clari habentur.* Adde Vallars. not.

Herodotum V. 95. *Strabonem* lib. XIII. p. 617. et *Laertium* lib. I. ſect. 81. vbi quae-

not. l. c. et ibid. *Pontaci* animadv. pag. 131. et Roncalli Chron. vett. Tom. I. pag. 318. Tamen Olymp. XLVII. adhuc ſuperſtes eſſe debuit, quum Pittacum Mitylenis patriae tyrannide potitum conuitiis proſciderit. vid. plura apud *Corſinum* F. ſt. Attic. III. p. 67. *Simſon* in Chron. et *Saxius* in Onomaſt. I. p. 17. conferunt eius aetatem in A. M. 3401. Olymp. XLIV. 1. ante C. N. 602. V. C. 150. *Larcher* in Chronol. Herodot. verſ. gallicae vol. VI. p. 563. has ſubduxit rationes, Alcaei aetatem incidiſſe in A. M. 4103 ante C. N. 611. Olymp. XLIII. 2. V. C. 143. — *Alcaei* imago e nummo aeneo *Vrſini* in huius Illuſtrium imagin. nr. 3. et in *Gronovii* Theſ. Antiqq. graec. vol. II. tab. 33. melior tamen in Addendis ad illum tomum. — Alcaeus et Pittacus in nummis Mitylen. apud *Harduin.* p. 582. de nummis urbium illuſtratis. adde *Belloti* diſp. ſopra una Medaglia di Alceo Poeta, in Atti eruditi della Societa Abrizziana. I. Part. antiq.

quaedam eius in Pittacum convicia refert. Adde *Plutarchum* VIII. 7. sympos. p. 726. *Valer.* antiq. p. 51. Fuit Alcaeus ingenio ut excellentissimo ita quoque acerrimo, Martis Musarumque alumnus. Pro patria cum popularibus adversus Athenienses licet fortiter pugnans, tamen, ut vitam servaret, abiectis armis, fugam capessivit. Athenienses autem arma capta, tamquam insignem praedam, in Minervae ad Sigeum templo suspenderunt. vide Herodoti et Strabonis loca, a Fabricio iam citata, et ad Herodoti locum *Valkenar*, et *Wesseling*. p. 425. Atque Alcaeus, (ut Valk. vertit Herodoti verba,) ista lamentatus ad lyram, carmen Mitylenen misit, ad sodalem Melanippum, quo suam ille fugam evulgabat. Nam poeta, alias strenuus et bellicosus, (*μᾶλλον τῦ δέοντος πολεμικὸς γενόμενος*, ut ait *Athenaeus* XIV. p. 627. A.) dedecori non futuram sibi putabat clypei abiectionem. De reliquis eius rebus gestis, turbis, rerum novandarum studio, odio implacabili belloque contra Pittacum, qui tyrannidem ab ipsis civibus Mitylen. ob-

Valer. Max. IV. 1. ext. 6. *Carminibus* fuis et ᾠδαῖς in eumdem concitavit animos civium fuorum Mitylenaeorum, ut teftatur *Maximus Tyrius* diff. XXI. Confer locum, quem ἔκ τινος Ἀλκαίου σκολιῶν μελῶν profert *Ariſto-*

oblatam adeptus eft, ipfamque patriam (vid. *Dionyſ. Halic.* antiqq. rom. V. 82.) fufcepto, de eius exfilio, et quomodo a Pittaco captus, at leniter monitus dimiffus fit, egerunt uberius vitae illius enarratores, ex. gr. *Bayle*, et *Iani* II. citt. autor Biographiae claffícae, ex fermone anglico in theotifcum a *Murſinna* verfae, part. I. p. 60 fqq. *Menken.* Bibliothec. virorum militia aeque ac fcriptis illuftrium, Lipfiae, 1734. 8. p. 29 fqq. — adde longam not. *Salvagn.* ad Ovidii Ibin. v. 527. p. 134. Opp. Ovid. edit. Burm. tom. IV. — De *Pittaco*, uno de feptem Sapientibus, nat Olymp. XXXII. den. Olymp. LII. 3. vid. *Diogen. Laert.* I. fect. 74 — 81. *Larrey* eiusque adnotator *de la Barre de Beaumarchais* in Hiftoire des fept fages. à la Haye. 1734. tom. I. II. *Bruckeri* Hiftor. critica philofoph. tom. I. part. II. lib. I. cap. 2. pag. 438 fqq. infra lib. II. cap. 23. fect. 27. etc. *Harl.*

Aristoteles III. 10. politic. d) Etiam *bellicas res* scripsit Alcaeus et *navigationem suam*, cum a tyrannis Mitylenensibus pulsus est, si fides Porphyrioni et Acroni ad Horatium lib. II. od. 13. [*Navigationem* tamen suam scripsisse Alcaeum, probabile fit ex loco *Strabonis* I. p. 37. (p. 63. Almel.) Is enim animadvertit, Nilum pluribus ostiis in mare effluere, quippe quod ei cum aliis pluribus esset commune, mentione dignum non putasse Homerum, sicut ne *Alcaeum* quidem, *tametsi is in Aegyptum se venisse dicat*. Procul dubio respexit Strabo ad Alcaei carmen illud de navigatione. Nam quod

d) De scoliis vid. *Casaub.* ad Athen. XV. cap. 14. et 15. supra ad Pindarum p. 80. Alcaeo *Vorstius* ad Iustin. II. 9. tribuit scolion apud *Athenaeum* XV. 15. p. 695. (qui cap. 14. incipit scolia recensere et p. 693. F. ait, *Alcaeum* atque *Anacreontem* eo genere poeseos excelluisse,) quod Callistratum habuit parentem. vid. *Fabric.* lib. IV. cap. 24. §. 14. p. 58. vol. IV. *Harl.*

quod poeta in ceteris ſuis carminibus, Nilum pluribus oſtiis effluere in mare, non commemoravit, id neque ſingulare neque notatu dignum videri potuerat Geographo. Adde *Strabon.* IX. p. 411 ſq. et *Burettium* de noſtro poeta in Comment. Soc. Pariſ. Inſcr. tom. XIII. pag. 210 ſqq. Somnium vero Harduini, Alcaeum *hexametro ſatyrico* uſum fuiſſe olim, *Klotzius* in Lectionibus Venuſinis, Lipſiae, 1770. p. 52. recte irriſit. *Harl*] *Hymnum* in *Apollinem* memorat *Plutarchus* Lib. de Muſica p. 1135. *Pauſanias* Phocicis p. 817. vocat *προοίμιον* e) εἰς

e) *προοίμιον* idem eſt, quod *hymnus.* Vide *Ez. Spanhemii* notas ad Callimach. p. 3. *Menag.* ad Laërt. p. 379. Scripſit et *Alcaeus Epigrammata.* Porphyr. apud Euſeb. X. 3. praeparat: Ἀλκαῖος δὲ ὁ τῶν λοιδορῶν ἰάμβων καὶ ἐπιγραμμάτων ποιητὴς παρῳδήκε τὰς Ἐφόρου κλοπάς ἐξελέγχων. Niſi Euſebius hunc Alcaeum Lesbium confudit cum altero iuniore ἐπιγραμματογράφῳ huius nomi-

εἰς Ἀπόλλωνα, quod eruditus interpres perperam reddit *prolusionem*. [De eius *hymnis in Vulcanum et Mercurium* vid. Menandri Comm. de encomiis, p. 48. edit. Heeren.] *Hymni in Mercurium* meminit idem *Pausanias* Achaicis p. 574. ac *Porphyrio* ad Horatii lib. I. od. 10. *Alcaeum* ἐν τῷ ἐννάτῳ laudat [Scholiast. Marcian. ad Hom. Iliad. θ'. 178.] Etymol. M. in ὄδεις. [*Decimum* odarum librum commemorat *Athenaeus*, XI. 8.] Liber secundus μελῶν Alcaei laudatur a Polluce, tum eius Γανυμήδης, Ἐνδυμίων et Πασιφάη. [Scripsit quoque Παρθένεια, vid. *Plutarchum* de Musica p. 1136. et supra ad Pindarum sect. VII.] Aeolica dialecto scripsit *Alcaeus*, et magni existimatus est a veteribus. [Horatium eius fuisse imitatorem atque admira-

nominis. — *Allat.* p. 769. ad Acropolit. [*Alcaeus* ὁ ἐπιγραμματοποιός, diuersus a lyrico, laudatur in scholiis Marcianis, a Villoisonio editis, Iliad. ί. v. 378.]

miratorem conſtat. *Alcaeus* vero pracipuus artifex, reliquis praeſtantior, generis carminis, quod ab eo vocabatur Alcaicum; non, quod nonnulli opinabantur, lyrici ipſius, illo antiquioris, auctor exſtitit. conf. *Jani* ad Horat. I. 32. 5.] Ἔκδοσιν poematum Alcaei Ἀριστοφάνειον et Ἀριστάρχειον memorat *Hephaeſtio* in Enchiridio p. 74. [melius repet. in *Villoiſonii* Prolegom. ad Homer. p. LIX. adde Schol. ad *Ariſtoph.* Plut. v. 253. ibique Hemſterh. p. 74 ſq.] In Alcaei ᾠδὰς ſive ᾄσματα ſcripſerat *Callias* Lesbius teſte Strabone [lib. XIII. p. 618.] quem Athenaeus vocat ex eadem, qua Alcaeus, urbe Mitylenaeum. *Horapollinem* quoque in Alcaeum ſcripſiſſe teſtatur Suidas. [*Draconem* ſcripſiſſe περὶ τῶν Ἀλκαίου μελῶν, tradit idem Suidas I. p. 626. atque Eudocia in Viol. pag. 133.] *Dicaearchum* ἐν τῷ περὶ Ἀλκαίου laudant Athenaeus et Scholiaſtes Ariſtoph. [ad pacem v. 1243. vid. infra lib. III. cap. 11. vol. II.

pag.

pag. 295.] vti *Chamaeleontem* Ponticum idem *Athenaeus* lib. X. *Seleucum* Grammaticum scripsisse nonnihil de Alcaeo vel in Alcaeum, colligas ex *Athenaei* X. p. 430. Lusibus et amoribus non aptissimam fuisse Alcaei Musam, post *Quinctilian.* X. 1. notat Iulianus in Misopogone. Eodem autem *Fabio* iudice Alcaeus *in parte operis aureo plectro* f) *merito donatur, quo tyrannos insectatur: multum etiam moribus confert, in eloquendo quoque breuis et magnificus, et diligens, et plurimum Homero similis, sed in lusus et amores descendit, maioribus tamen aptior.* [*Dionys. Halicarn.* in Censura vett.

f) Horat.

Hunc Lesbio sacrare plectro
Teque tua que decet sorores.

Idem lib. I. Oda 32. *Barbite carmen Lesbio primum modulate civi, qui ferox bello tamen inter arma sive iactatam religarat udo litore navim, Liberum et Musas Veneremque et illi semper haerentem puerum canebat, et Lycum nigris oculis nigroque Crine decorum.*

vett. fcriptor. vol. V. p. 421. edit. Reisk. laudat Alcaei magnificentiam (μεγαλοφυὲς), brevitatem ac fuavitatem, acrimonia et gravitate conditam; praeter ea configurationes (σχηματισμὸς), perfpicuitate temperatas, nifi, quantum eam proprietas linguae f. dialecti Lesbiae vitiet; tum in primis mores rebus civilibus accommodatos, h. e. adfectum, quo calent, quae ad rempublicam turbulentam fpectant poemata; faepe fane, fi verfum detraxeris, forenfem inveniri orationem. Idem de ftructura orationis, fect. XIX. p. 155. edit. Uptoni, cuius not. vide, *Alcaeum* et *Sapphum*, fcribit, parvas feciffe ftrophas, ita, ut in paucis membris non crebas mutationes induxerint; Epodis etiam ufos effe breviffimis; aliter feciffe Stefichorum et Pindarum. Idem denique ibid. fect. XXIIII. p. 221. inter Lyricos *Stefichorum* et *Alcaeum* admiratione dignos (ἀξιοθεάτους) iudicat. *Harl.*] Hodie nihil huius Poetae exftat praeter

per-

perpauca quaedam fragmenta, quae collecta sunt a *Mich. Neandro* g) in Aristologia Pindarica p. 425. sq. *Henr. Stephano* h) in Lyricis p. 12. 419. et 433. ac diligentius a

g) *Mich. Neander* Gnomologiae sive Aristologiae Pindaricae, Basil. 1556. 8. Graece et Latine cum notis editae subiecit collectas a se aliorum Lyricorum vitas ac sententias, Simonidis p. 395. Anacreontis p. 410. Bacchylidae p. 416. Stesichori p. 421. Alcaei p. 424. Sapphus p. 427. et Alcmanis p. 430. quibus denique p. 431. vitam Ibyci subiungit, nullas eius sententias reperire se potuisse testatus.

h) *H. Stephanus* Graece et Latine edidit Carminum Poetarum novem Lyricae Poeseos Principum fragmenta Alcaei, Sapphus, Stesichori, Ibyci, Anacreontis, Bacchylidis, Simonidis, Alcmanis, Pindari, nonnulla etiam aliorum, Archilochi, Melanippidae, Telesti, Pratini, Timocreontis, Hybriae Cretensis, Aristotelis, Erinnae Lesbiae, Alphei Mitylenaei, incerti in Anacreontem, Juli-

a *Fulvio Vrsino* i) in carminibus novem illustrium foeminarum et Lyricorum, p. 100.

Iuliani Aegyptii et Theocriti. Plures huius collectionis (Marco et Iohanni Fuggero dicatae,) exstant editiones supra in Pindaro iam notatae, quarum binae iam scribenti mihi sunt ad manus, una Plantiniana, Antwerp. 1567. 12. altera ad calcem Pindari Graeco-latini, forma minore, apud Paulum Stephanum an. 1600. editio quarta, multis versibus ad calcem adiectis locupletata, cuius paginas subinde cito hoc capite. Exstant et fragmenta haec Graecolat. ex H. Stephani collectione in Corpore Poetarum Graecorum, Genev. 1614. fol. Et Gallice: les sentences illustres des Poetes Lyriques Comiques et autres Greces et latins par G. L. D. T. Paris. 1580. forma minore.

i) *Fulvius Vrsinus*, Romanus, vir eruditus et MStorum Codicum Bibliothecae Farnesianae rufpator tractatorque sollertissimus, an. 1586. 8. ex officina Christoph. Plantini edidit Graece, Alex. Farnesio Cardinali inscripta, et diligentius a se quam Stephano factum fuerat

p. 100 sq. 300 sq. [Fragmenta Alcaei, quae *Athenaeus* ab interitu servavit, collegit et critice atque grammatice illustravit cl. M. *Christian. David Iani*, Rector Gymnasii

fuerat collecta notisque illustrata *Carmina*, (sive fragmenta potius carminum,) *novem illustrium faeminarum Sapphus*, *Erinnae*, *Myrus*, *Myrtidis*, *Corinnae*, *Telesillae*, *Praxillae*, *Nossidis*, *Anytae*, et *Lyricorum Alcmanis*, *Stesichori*, *Alcaei*, *Ibyci*, *Anacreontis*, *Simonidis*, *Bacchylidis*: *Elegias Tyrtaei et Mimnermi et Bucolica Bionis ac Moschi.* Denique *Orphei quaedam et Cleanthis*, *ac Moschionis Comici*, *Euripidisque*, *Theodectae*, *Menandri et Philetae Coi*, subiecta ad calcem Metaphrasi Bucolicorum Bionis ac Moschi latina concinnata a *Laurentio Gambara*, Brixiano. Fallitur enim *Antonins Teisserus*, qui in additionibus ad Elogia Thuanea, tom II. pag. 71. universam hanc Fulvii Ursini collectionem carmine a Gambara expressam tradit. *Fabric.* Ursinus vero in Epistola dedicatoria; nec uno, ait, aut altero, sed pluribus, msstis exemplaribus in huiusmodi

nasii Isleb. in tribus prolusionibus scholasticis, de Alcaeo, poeta lyrico, eiusque fragmentis, Halae Sax. 1780 — 1782. 4. Locus Alcaei mutilus est apud *Strabon.* lib. IX. pag. 411. (pag. 631. Almel.) Aliud *Alcaei* fragm. apud Suidam. v. Τετύφωμαι emendat *Toup.* in Opusc. critic. in Suid. part. II. p. 283. edit. Lips. *Cl. Salmasius* in Epistola XV. p. 32. Epistolarum illius cura Antonii Clementii, Lugd. Bat. 1646. 4. pag. 32. „inter alia, inquit, vidi Apollonii Alexandrini Τεχνικὰ et Arcadii Grammatici opera; in quibus, praecipue in Apollonio, multa reperiuntur citata testimonia, *Alcaei*, *Sopphonis*, *Corinnae*, *Rhinthonis Saphronis* et aliorum, qui lingua aeolica aut dorica mera scripsere, ex quibus duabus dialectis non te latet conflatam esse

modi fragmentorum collatione usi sumus; nec e vulgatis tantum scriptoribus, sed de non editis etiam pleraque descripsimus. *Harl.*

esse romanam priscam loquelam." *Harl.*] Videndus etiam *Ianus Rutgersius* cap. 4. Venusinarum Lectionum, et *Casp. Barthius* lib. I. Adversar. cap. 19. Versus de duplici pudoris genere, laudato altero, altero rustico et inepto, Euripidis est Hippolyto v. 385. non *Alcaei*, inter cuius fragmenta ab H. Stephano perperam referri notavit *Theodorus Canterus* lib. II. Var. Lect. cap. 18. [*B. Martinus* Var. Lect. III. 12. Alcaeo tribuit fragmentum apud *Plutarch.* in Praecept. reip. ger. p. 798. quod Pindaro adserunt Xylander et Reiske ad locum Plut. ac Schneider in Fragm. Pind. p. 85.]

Fuerunt et alii Alcaei. 1) Avus Herculis. *Pausan.* Arcadic. p. 627. [vid. *Heyne* ad Apollod. not. p. 311 sq. et p. 376.] 2) Herculis filius. *Herodot.* 1. 7. [vid. *Heyne* l. c. p. 492.] 3) Socer Pythagorae. *Iamblich.* in huius vita cap. 30. 4) Tragicus Atheniensis, de quo infra in notitia

Tragi-

Tragicorum. 5) Comicus veteris Comoediae, de quo infra in Comicis. 6) *Alcaeus* Messenius Ἐπιγραμματογράφος in crucem sublatus, (vid. *Salmas.* de cruce, p. 449.) qui Philippi Macedonis aequalis fuerit, siquidem is sit auctor Epigrammatis, quod refert *Plutarchus* in Flaminino p. 373. Sed Is. Vossius in Catullum p. 42. Epigramma illud putat compositum ab Alcaeo Comico, cui respondit Philippus ἀντικωμῳδῶν. Saltem antiquior Messenius ille Alcaeus fuit Meleagro Gadareno, qui sub vltimo Seleuco floruit et Coronae suae Epigrammata eius intexuit. Vide *Allatium* de patria Homeri cap. XIV. *Alcaei*, jamborum contumeliosorum et epigrammatum scriptoris, qui furta Ephori perstrinxerit, meminit *Porphyr.* apud *Euseb.* X. praeparat. p. 467. 7) *Alcaeus* Sardianus a Mithridate interfectus, quod in ludis ipsum vicisset aurigando. Plutarch. Pompejo p. 643. 8) *Alcaeus* Epicureus, qui Roma cum aliis sectae suae

 pulsus

pulsus est Anno V. C. 581. Olymp. CLI. 4. L. Postumio Albino Cos. vt auctor *Athenaeus* lib. XII. p. 547. *Aelian.* Var. Hist. IX. 12. 9) *Alcaeus* Epigrammatum scriptor sub Tito Imperatore. Tzetzes ad Lycophronem prooemio: Ἐπιγραμματογράφοι δὲ ποιηταὶ Σιμωνίδης ὁ παλαιὸς καὶ Ἀλκαῖος ὁ νέος, ὃς ἦν Οὐεσπασιανῦ καὶ Τίτυ. Nescio, an Tzetzae fraudi fuerit obiter inspectus Plutarchus, in quo mentio Titi, indignantis Alcaeo, Epigrammatis, quod paulo ante dicebam, conditori. Verum iste Titus haud Vespasianus est, sed Flamininus.

DE

DE

ALCAEO,

POETA LYRICO.

EX BAILII DICTIONARIO

HISTOR. CRIT.

SVB ARTIC. ALCÉE.

ALCÉE, nâtif de Mitylene dans l'Ile de Lesbos, a été un des plus grans Poëtes Lyriques de l'antiquité. Il y en a qui veulent qu'il ait 1) été l'inventeur de cette espece de poësie. Il florissoit 2) dans la 44. Olympiade, en même tems que Sappho, qui étoit de Mitylene aussi bien que lui. *La* A) *Chronique* 3) *scandaleuse*

1) Dic Latinum Barbite, carmen Lesbio primum modulate civi. *Hor. od. 32. l. 1.*

2) *Euseb. in Chron.*

3) *Le Fevre, Vie des Poëtes Grecs pag. m. 27.*

A) *La Chronique scandaleuse.*] J'ai raporté les propres paroles de Mr. le Fevre, et je suis fort trompé s'il a pris ailleurs que dans la Rhetorique d' Aristote ce petit conte. Aristote *a)* cite ces mots d' Alcée;

Θέλω

a) Aristot. Rhetor. lib. 1. c. 9. Notez que je range et que j'accentuë ce Grec comme Scaliger *in Euseb. p. 85. edit. 1658.*

daleuse dit qu' Alcée s'avisa un jour de demander je ne sai quoi à Sappho, et que Sappho

---

Θέλω τιν εἰπεῖν. ἀλλά με κωλύει
Αἰδώς.

Et cette reponse de Sappho,

Αἰ δ' ἦχε σ' ἐσλῶν ἵμερος, ἢ καλῶν,
Καὶ μή τι εἰπεῖν γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν,
Αἰδώς κε νυ σ' οὐχ εἶχεν ὄμματ'
Α'λλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

Voici le sens de ces vers. Alcée declare qu'il voudroit bien dire quelque chose, mais que la honte l'en empêche; Sappho lui repond que s'il avoit desiré des choses bonnes et honnêtes, et si sa langue n'eût pas été prête á prononcer quelque malhonnêteté, la honte ne lui seroit point montée au visage, et qu'il feroit une proposition raisonnable. Ceux à qu' il est donné de juger des livres de Mr. le Fevre; gens comme il a dit dans sa premiere Journaline, *qui ont l'ame capable de plusieurs formes, et qui sentent à demi mot le beau et le fin des pensées et des expressions*, voient bien que ces paroles d' Alcée sont une de ces declarations

Sappho qui n'étoit pas ce jour - là de si belle humeur que d'ordinaire, lui refusa ce qu'elle lui offrit peut - être le lendemain. Quoi qu'il en soit il se mêla d'autre chose que de vers, il voulut donner des preuves de son courage à la guerre, et n'y fut pas tout - à - fait heureux; car il ne se sauva 4) qu'en fuiant, et qu'en abandonnant ses armes, lors que les Atheniens gagnerent une bataille contre ceux de Lesbos; mais il trouva dans cette disgrace une assez douce consolation, puis que les vainqueurs firent apendre ses armes au temple de Minerve à Sigée; ce qu'ils n'eussent point fait avec cette distinction, s'ils n'eussent jugé q'elles seroient un monument très-glorieux de leur victoire. Alcée n'oublia point

4) *Herod. l. 5. c. 95.*

rations d'amour qui demandent l'heure du berger, et que Sappho comprenoit parfaite-ment ce qu'il vouloit dire. Sa reponse est sage, mais elle est peut être d'un trop grand sens froid selon cette suposition.

point cette circonstance dans les vers 5) qu'il fit B) sur le malheur qui lui étoit arrivé.

5) *Id. ib. et Strabo l. 13. pag. 412. et 413.*

B) *Les vers qu'il fit sur le malheur.*] Celui de tous les Poëtes Latins qui ressemble le mieux à Alcée, a confessé aussi bien que lui dans ses Poësies, qu'il s'étoit sauvé du combat en jettant ses armes, comme un meuble très-inutile à des fuiards.

Tecum b) Philippos et celerem fugam
Sensi, relicta non benè parmula,
Quum fracta virtus et minaces
Turpe solum tetigere mento.

Archilochus *c*) avoit eu la même avanture avant Alcée, et s'en étoit confessé publiquement. Horace n'auroit pas été peut-être de bonne foi jusques à ce point, s'il n'avoit eu ces grans exemples devant les yeux. Chabot se trompe *d*) quand il soutient que Plutarque a réfuté Herodote sur la fuite d'Alcée. Plutarque s'est contenté de dire *e*) qu'

b) *Horat. Od. 7. l. 2.*

c) *Voiez la remarque H de son article.*

d) *Chabot. in Horat. Od. 13. l. 2.*

e) *Plut. de malign. Herodoti pag. 858.*

arrivé. Sa Muse à laquelle il donnoit de l'occupation au millieu dès armes 6), soit pour des chansons à boire, soit pour des chansons d'amour, et pour louër la personne qu'il aimoit, qui n'étoit que trop une C) aide

6) *Horat. ubi supra: je raporte ses paroles dans la remarque E.*

qu' Herodote a suprimé une belle action de Pittacus, mais non pas la mauvaise action d' Alcée.

C) *N' étoit que trop une aide semblable à lui.*] Horace nous aprend que la Maîtresse d' Alcée etoit un garçon qui se nommoit Lycus, et qui avoit les yeux et les cheveux noirs.

Qui f) ferox belló tamen inter arma,
Sive jactatum religarat udo
Litore navim,
Liberum et Musas, Veneremque et illi
Semper haerentem puerum canebat,
Et Lycum nigris oculis, nigroque
Crine decorum.

C'est aparemment le même que celui qui avoit une

f) *Horat. Ode 32. lib. 1.*

aide semblable à lui, sa Muse, dis-je, ne garde point le silence sur la defaite des Lesbiens. On sait d'ailleurs qu'elle ne badinoit pas toûjours, et qu'elle pouvoit traiter noblement D) les matieres les plus graves,

une tache au doigt, laquelle lui servoit d'une parure tout à-fait charmente selon le goût de ce Poëte; g) *Nævus in articulo pueri delectat Alcaeum, ac est corporis macula naevus, illi tamen hoc lumen videbatur.* Ciceron dit en un autre lieu h) qu'encore qu' Alcée eût temoigné beaucoup de courage, il avoit rempli ses vers d'une excessive pederastie; *Fortis vir in sua republica cognitus quae de juvenum amore scripsit Alcaeus?*

D) *Traiter noblement les matieres les plus graves.*] C'est ce qui a fait dire à Horace

Et i) te sonantem plenius aureo,
Alcæe plectro, dura navis,
Dura fugae mala, dura belli,
Utrumque sacro digna silentio

Miran-

g) *Cicero de Nat. Deor. l. 1.*

h) *Id. Tuscul. quæst. 4.*

i) *Horat. Od. 13. lib. 2.*

graves, et sur tout un beau lieu commun contre les tyrans. Alcée suivoit alors une

Mirantur umbrae dicere: sed magis
Pugnas et exactos tyrannos
Densum humeris bibit aure vulgus.

Mr. Dacier remarque sur ces paroles I. *Que le stile d'* Alcée *étoit noble et fort, et qu'il traitoit des matieres plus relevées que celles que traitoit Sappho qui dit de lui dans Ovide,*

Nec plus Alcaeus consors patriaeque Lyraeque
Laudis habet, quamvis grandius ille sonet.

II. Qu' Horace lui *donne le* plectre d'or *parce qu'il parle de cette partie de ses Ouvrages où il decrivoit les guerres civiles qui etoient arrivées à Mitilene, et les diverses factions des Tyrans Pittacus, Myrsilus, Megalagyrus, les Cleanactites, et de quelques autres k), et que ces poësies étoient apellées* διχοςασιαςικὰ ποιήματα *poësies sur les seditions.* Il cite ce passage de l) Quintilien: *Alcaeus in parte operis aureo plectro merito donatur qua tyrannos insectatur. Multum etiam moribus confert, in eloquendo brevis et magni-*

k) *Voiez Strabon. l. 13. pag. 424.*

l) *Quint, l. 10. c. 1.*

une pente fortifiée par ses propres avantures, et par des interêts personnels; car il avoit été aux prises avec ceux qui avoient voulu empieter sur la liberté de sa patrie, et nommément E) avec Pittacus, qui ne laissa

magnificus, et diligens, plerumque Homero similis, sed in lusus et amores descendit, majoribus tamen aptior. Joignez à cela l'epithete de menaçantes qui a été donée à ses Muses, *et Alcaei* MINACES, *m) Stesichorique graves Camaenae.*

E) *Et nommément avec Pittacus.*] Il vomit contre lui des injures fort grossieres, il l'apella *piedplat*, *grosse bedaine*, etc. comme nous l'aprenons de Suidas sous le mot σαράπους, et de Diogene Laerce dans la vie de Pittacus. La moderation de celuici fut fort loüable, et a paru telle à Valere Maxime. *n) Pittaci quoque moderatione pectus instructum, qui Alcaeum poëtam et amaritudine odii et viribus ingenii*

m) Horat. Od. 9. l. 4.
n) Val. Maxim. lib. 4. c. 1.

laissa pas de devenir Usurpateur, quoi qu'il ait été un des sept Sages de la Grece. Il remit en liberté 7) Alcée qui étoit devenu son prisonnier, et dit que la remission d'un crime vaut mieux que le châtiment. Il y en a qui disent 8) qu'Alcée fut *chassé avec beaucoup d'autres; mais qu'enfin il se mit à la tête de ces exilez, fit la guerre aux tyrans et les chassa.* Je ne trouve dans Denys 9) d'Halicarnasse sinon que les habitans de Mitylene élurent Pittacus pour leur Chef contre le Poëte Alcée, et ses adhérens qu'on avoit banis. D'autres veulent qu'aiant abusé de la clemence de Pittacus, et n'aiant point cessé

7) *Heraclitus apud Diog. Laert. in Pittaco l. 1. n. 76.*

8) *Dacier sur l'ode 13. du 2. l. d' Horace.*

9) *Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. l. 5. cap. 82.*

ingenii adversus se pertinacissime usum, tyrannidem à civibus delatam adeptus, tantummodò quid in opprimendo posset admonuit.

cessé de cabaler et d'invectiver 10), on cessa d'user de suport à son égard, et que c'est ce qu'Ovide a voulu signifier par ces paroles;

Utque lyra vates fertur perisse severa
Causa sit exitii dextera læsa tui.

Cela est d'autant plus vraisemblable, qu'Alcée passoit pour un homme qui s'oposoit aux innovations 11), non pas parce que c'étoient des innovations, mais parce que d'autres que lui les introduisoient. C'est un defaut qui lui est commun avec bien des gens. Il ne nous reste que des lambeaux de ses poësies.

10) *Vide Dionys. Salvagnium Boessium comment. in Ibin. pag. 102. et 103. edit in 4.*

11) Οὐδ αὐτὸς καθαρεύων τῶν τοιούτων νεωτερισμῶν, Ne ipse quidem purus studii ejusmodi novandarum rerum. *Strabo l. 13. p. 425.*

DE

M. CHRISTIANI DAVID JANI

COMMENTATIO

DE

ALCAEO,

POETA LYRICO

EIVSQVE FRAGMENTIS.

C

De Alcaeo, poëta lyrico, eiusque fragmentis ut inſtituerem ſcribere, facile induxit me, quem in manibus habeo, admirator illius atque imitator, Horatius. In quo illuſtrando dum operam poſui, ſaepenumero ſubiit aliquis animum dolor, quod praeter pauca atque exigua fragmenta, nihil ad nos ex divini iſtius poëtae operibus perveniſſe. Cum enim intelligerem, nos iis univerſis eo carere aegrius, quo excellentius in ipſis eorum reliquiis ingenium, quo et acrior et grandior ſpiritus cerneretur; tum ſentiebam inprimis, ſi integra haberemus, e quibus hae particulae eſſent ſervatae, carmina, quantum illa eſſent luminis allatura odis Horatii, qui in hoc genere totum ſe ad Lesbii vatis

exemplar composuisset, eique sese studuiss esse quam simillimum. Quod quidem ipse plurimis locis declarat ac profitetu magnificisque subinde Alcæum suum verb extollit, et comparando intelligitur, v paucorum illorum, quae ex Alcaei operib supersunt, fragmentorum, plurima apert a Venusino poëta imitando esse expressa Sic equidem, per Horatium cum Alcæ etiam contracta, ut sic dicam, familiarit te, in suscipere hominem atque adamar cœpi, ut tam, quæ ad illius vitam, more ingenium, opera denique cognoscenda pe tinerent, ex antiquis denuo scriptorib repetita colligere, quam carminum ei fragmenta novis aliquando curis castiga atque illustrare statuerem. Quamqu enim illa iam pridem sunt a viris doctis Athenaeo, Heraclide Pontico, Stoba aliisque excerpta: tamen eadem ita c rupta adhuc et mendosa apparent, ita fe vel negligenter vel (cur enim clo

du

dubitem?) inscite ab his, qui edidere, tractata sunt, ut operae sit, studii aliquid et ingenii ad ea emendanda et constituenda conferre. Itaque eius talis exercitationis leve aliquod specimen (nam nihil videri aliud has pagellas cupimus) aequo et erudito lectori tradere visum est.

Alcaeo patria fuit Mitylene a), nobilissima Lesbi insulae civitas, eademque litterarum fama clarissima b). Olympiade illum

a) μεγίστην πόλιν vocat Strabo XIII. p. 617. *pulchram* Horat. Epist. I. 11. 17. Hinc Alcaeum Athenaeus deipnos. I. 19. ποιητὴν Μιτυληναῖον, Sappho ap. Demetr. Phaler. (v. H. Steph. fragmm. lyrr. T. II. p. 38.) ἀοιδὸν τὸν Λέσβιον, *Lesbium* civem Horatius carm. I. 32. 5. dixere.

b) Multos ea insula viros praeclaros protulit, ut, praeter Alcaeum quidem, Pittacum, qui numeratur in septem, Diophanem rhetorem, Lesbonactem philosophum, Theophanem historicum, alios. Cf. Strab. l. l.

illum XXXXIIII floruiſſe, in chronico Euſebiano memoriae traditum eſt. Aequalis fuit Sapphus, quam etiam ipſam Mitylenaeam fuiſſe, atque ab Alcaeo amatam c), conſtat.

Erat Mitylenarum reſpublica, more plurimarum Graeciae civitatum, ita conſtituta, ut libertate uteretur, ac tyrannidem, ſive perpetuam, quae penes unum eſſet, dominationem, repudiaret. Excitabat iſta Graecorum libertas atque alebat magna ingenia, quae ſi ad poëſin facta eſſent, nullis conſtricta vinculis, ad ſummam eius artis virtutem igneo ferrentur impetu, immenſaque enthuſiasmi vi (nam eſt libertas ſuapte natura ferocior) ad inſignem illam et ſenſuum et verborum ſublimitatem eniterentur, quam Romanorum aureae aetatis poëtae, cultiores illi quidem, verum moderatiores etiam, ut in oppreſſa libertate, aſſe-

c) Notum eſt Alcaei ad illam carmen Θέλω τίν τ' εἰπεῖν cet.

aſſequi non potuerunt. Verum graecis ingeniis eadem illa libertas tribuit quoque audaciorem quamdam atque effrenatiorem cum morum, tum ſenſuum orationisque licentiam, ut in illorum fere carminibus impolitior quaedam ſimplicitas, aſperiorque ac rudior virtus ineſſet.

Alcaei ingenium, excellentiſſimum natura atque acerrimum, praeter communia iſta, alia quoque, quibus inflammaretur, incitamenta habuit. Saevam enim is a puero militiam, non ſolas litteras, ſecutus, tantam ſibi ex rebus bellicis fortitudinis gloriam comparavit, vt etiam inter claros Lesbiorum duces referretur d). Non dubito, quin bello, inter Lesbios et Athenienſes ob Sigeum occupatum geſto, ſi non praefuerit, certe praetor, id eſt, cum militari imperio, interfuerit exercitui ſuorum

d) Igitur *ferox bello* ab Horatio, carm. I. 32. 6. *vir fortis* a Cicerone, Tuſcul. IV. 33. dicitur.

suorum civium e). Quo in bello quanti huius virtus ab hostibus fieret, cognitum est proelio, quo ab Atheniensibus Lesbii superati sunt. Cum enim fortissime pugnasset, sed cedere tandem fortunae coactus, vix, armis abiectis, servasset vitam; arma illius capta in Minervae ad Sigeum templo Athenienses suspenderunt: tantae sibi duxerunt eam praedam gloriae f).

Incidit huius tanti viri aetas in ea tempora, quibus erat Mitylenarum respublica, quod pluribus Graeciae civitatibus liberis accidisse videmus, domesticis odiis ac dissidiis perturbata. Vnde cum factionis atque intesti-

e) Terra scilicet; mari enim Pittacus summam imperii eo in bello tenebat.

f) Narrant rem Strabo XIII. p. 600. Herodot. V. 92. et Herodoti censor, Plutarch, περὶ Ἡροδότου κακοηθείας. Versus Alcaei super eo casu referunt Strabo et Herod. ll. ll. Ceterum quomodo Horatius in hoc ipso etiam similem se esse Alcaeo voluerit, v. carm. II. 7. 10. et ibi not.

intestina bella exarsissent, non defuerunt, qui tyrannidis cupiditate inducti, rerum potiundi opportunitatem amplecterentur. Quare multi ea tempestate Mitylenen tyranni tenuerunt, ex quibus memorantur Myrsilus, Megalagyrus, Cleanactidae, postremo Pittacus g); quos infestis et armis et carminibus h) acerrime Alcaeus, novis rebus inimicissimus, insectatus est. In quo fuere qui suspicarentur, neque ipsum Alcaeum a rerum novandarum studio immunem

g) v. Strab. XIII. p. 617. Pittacus quidem ferebatur accepisse tyrannidem, quo a ceteris tyrannis liberaret rempubl. Certe postremo, pacatis rebus, ipse se abdicavit imperio, libertatemque patriae reddidit.

h) Carmina illa, quae de bellis civilibus et in tyrannos fecit, διχοστασιαστικὰ dicta sunt. Horatius carm. II. 13. 31. *pugnas et exactos tyrannos*, IV. 9. 7. *minaces Alcaei Camenas* vocat. In horum carminum multis allegoriam regnasse constat, cum non liceret semper aperte in tyrannos invehi. Cf. Argum. carm. I. 14. Horatii.

nem fuisse i). Verum enim vero impotentem, qua Alcaeus flagraret, caritatem patriae, libertatisque servandae cupiditatem, falso, ut sit, crimine obterere voluisse invidia mihi quidem videtur. Varia autem ille adversus tyrannos fortuna usus, nunc hos, ut urbe excederent, compulit, nunc ipse ab iis eiectus est l). At eorum nullum magis implacabili odio persecutus est, quam postremum, Pittacum. Cuius rei hic ipse culpam sustinuit. Cum enim, ut est ab Aristotele m) memoriae proditum, Alcaeus, cum fratre Antimenide, exercitui Lesbiorum dux praeesset eumque nonnulli, odio haud dubie commoti, retulissent sese elatius gerere, maioresque appetere res; en!

i) Sic Strabo l. l. et ex eo Bailius in dictionn. hist. v. Alcée.

l) Aliquando in Aegyptum adeo profugere coactum esse, constat e Strab, I. p. 37. ubi v. Xyland. Cf. Horat. carm. II. 13. 28. *dura navis, dura fugae mala.*

m) de Republ. III. 10.

én! ſubito, re incognita, auctore inprimis Pittaco, imperio ſe abdicare iubetur, ſummaque rerum eidem Pittaco traditur. Quam rem iniquo animo ferens Alcaeus, cum praeterea audiſſet, tyrannidem a civibus oblatam Pittacum eſſe adeptum, non dubitavit, quin ab iſto, civitatis opprimendae cupido, ita eſſent omnia ſapienter inſtituta atque machinata, ut, quoscumque ſuis adverſari intelligeret conſiliis, e civitate tollerentur. Quare graviſſimo in illum odio accenſus, non ſolum acerbiſſimis eum maledictis et conviciis laceravit n), et perpetuas cum eo geſſit inimicitias, ſed armis etiam inſtituit illatam ſibi et patriae vindicare iniuriam. At praeter opinionem hoſtis iudicatur, et in exilium eiicitur cum multis aliis

n) Veluti, appellavit eum *σαράποδα*, *φύσκωνα*, *γάςρωνα*. Cf. Diogen. Laërt. vit. Pittac. Vix modum ſervat generoſior, idemque ferocior animus, cum ſibi iniuriam fieri putat. Accedebat aſperior illorum temporum ſimplicitas.

aliis. Proin dux proscriptorum factus, bellum ingratae patriae intulit o). Contra eum missus a Lesbiis Pittacus, male rem gessit, et pulsus aliquamdiu patria caruit. Mox reversus, Alcaeum victum cepit; sed praeter exspectationem, leniter admonitum dimisit p). Qua sola victoriae moderatione (nisi forte callida odii dissimulatio et gloriolae philosophicae aucupium fuit), ut septem sapientium haberetur numero, multis videtur prometuisse.

De exitu Alcaei nihil constat. Epigramma enim de turpi Alcaei supplicio, quod laudat Vossius ad Catull. p. 42. non ad nostrum Alcaeum, sed ad alium pertinere, idem iam Vossius docuit.

Denique de duobus inprimis vitiis, quae obiici Alcaeo solent, dicendum videtur.

o) Dionys. Halicarn. antt. rom. Tom. V. 82.

p) v. Valer. Max. IV. 1. ext. 6. et Diog. Laërt. l. l.

tur. Primum crimini datur vinolentia atque ebriositas; quod non solum Athenaeus q), eum ebrium fecisse carmina sua, et κατὰ πᾶσαν ὥραν καὶ κατὰ πᾶσαν περίστασιν πίνοντα εὑρίσκεσθαι, narret, sed ipsorum etiam eius fragmentorum multa ad vinum et compotationem pertineant, Hoc ultimum quidem parum grave videbitur his, morem qui norint poëtarum, quo solet saepenumero colori poëtico aut lusui veritas cedere. Potuit vel ipsum Athenaei iudicium ex male intellectis eius generis carminibus proficisci. Verum nolumus nos ab Alcaeo crimen, quo accusatur, sic prorsus universum repellere. Facile poterat, in illa morum et simplicitate et licentia, inprimis qui variis iactatus casibus, vel vino curas pellere, vel iucunde esse cum amicis subinde cuperet, ut potui indulgeret, perduci. Deinde, quod alterum infertur

Alcaeo

q) deipnos. X. 7. et 8. Item saepius vocat φιλοπότην, φίλοινον.

Alcaeo crimen, pueros illum amasse, Ciceronis r) id quidem et Horatii s) auctoritate confirmatur. Sed quid tandem cogit nos de turpi ac Venereo amore cogitare? inprimis, cum de universo puerorum apud Graecos amore tam praeclare sentire nos doceat Potterus Archaeol. gr. lib. IV. c. VIIII t).

De vita, varia fortuna et moribus Alcaei satis dictum u). Quibus omnibus quomodo formari fingique ipsius ingenium oportuerit, monere vix opus est. Neque enim iam obscurum esse cuiquam potest, unde vel ortum, vel vitam ac nutrimentum duxerit excelsa illa gravitas, dignitas, maiestas, igneum illud ac fervidum pathos, ferox

r) de N. D. I. 27.

s) carm. I. 32. 11.

t) Tom. II. p. 463. sqq. edit. S. V. Rambach.

u) Plures, praeter nostrum, Alcaei poëseos olim laude inclaruerunt; de quibus nunc plura non vacat scribere. Vid. Bail. l. l.

ferox illa et generosus enthusiasmi nisus, quas virtutes carminibus Alcaei lyricis tribui videmus ab his, quibus habere illa et legere contigisset. Audiamus Dionysium Halicarn. antt. rom. V. 82. et grandes illas virtutes lyricas, et alias, quae propriae sunt ingenio, dotes, de Alcaeo praedicantem. Ἀλκαίϋ, inquit, σκόπει τὸ μεγαλοφυὲς, καὶ βραχὺ, καὶ ἡδὺ μετὰ δεινότητος, ἔτι δὲ καὶ τὺς σχηματισμὺς, μετὰ σαφηνείας, ὅσον αὐτῆς μὴ τῇ διαλέκτῳ τι κεκάκωται καὶ πρὸ ἁπάντων τὸ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἦθος. *Alcaei vero contemplare quaeso ingentem spiritum, brevitatem, dulcedinem, gravitatem; item orationem figuratam* (tropis figurisque splendidam), *denique perspicuitatem, nisi quod haec ex dialecto* (ex idiomate Lesbio) *interdum detrimentum capit:* ANTE OMNIA *vero animum adverte ad affectum, quo calent, quae ad rempublicam spectant poëmata.* Hoc ultimum eo pertinet, quod, cum

Alcaeus

Alcaeus plurima x) ſcripſiſſet carmina, tum principatum inter ea tenerent gravia illa in tyrannos, et de ſuis caſibus, ab eo confecta; quorum etiam cauſſa *aureum* ei *plectrum* tribuit Horatius y). Sed de vino quoque et amore verſus compoſuit, idque in medio bellorum ſtrepitu z); quo et ſummum ingenium, et invicta conſtantia proditur. De utroque genere Quinctilianus Inſtitutt. orat. XI. 1. ubi graecos poëtas percenſet, *Alcaeus*, inquit, *in parte operis aureo plectro merito donatur, qua tyrannos inſectatur: multum etiam moribus confert. In eloquendo quoque brevis et magnificus, et diligens plerumque. Homero ſimilis: ſed in luſus et amores deſcendit: maioribus tamen aptior.* Iam quis non doleat, haec talia tam pri-

x) Athenaeus XI. 8. *decimum* odarum librum commemorat.

y) carm. II. 13. 26. ubi v. not.

z) v. Horat. carm. I. 32. 6 ſqq. ibique not.

primarii poëtae lyrici aa) carmina, praeter pauculas reliquias, quae in aliis reperiuntur fcriptoribus, omnia periiffe? quis non fummo illorum defiderio afficiatur? Nos vero iam ad Alcaei fragmenta bb) illuftranda

aa) Primum eum fuiffe μελοποιὸν, f. poëtam lyricum, perperam ex Horat. I. 32. 5. nonnulli collegerunt. v. ibi not.

bb) Adpono, tironum gratia, indices librorum, quibus Alcaei fragmenta collecta continentur. Carminum poëtarum novem, lyricae poëfeos principium, fragmenta — graece et lat. Antverp. 1567. 12. — Eadem, Heidelb. ap. Commelin. 1598. 8. — Poëtae graeci veteres, tragici, comici, lyrici — Tomi II. Colon. Allobr. 1614. fol. Alcaei fragmenta in altero tomo funt. — Pindari, Olympia cet. — Ceterorum octo lyricorum carmina, gr. et lat. cura H. Stephani. Parif. 1560. 12. et faepius. — Carmina novem illuftrium feminarum - et lyricorum — ex bibliotheca Fulvii Vrfini Antverp. 1568. 8.

cedamus, primum illa, quae in δειπνοσοφισαῖς leguntur, recen-

I.

ἰ μεθύσκειν, καὶ χθόνα πρὸς βίαν ειν, ἐπειδὴ κάτθανε Μυρσίλος.

ervavit hoc fragmentum Athen. Eſt magnificum principium carminis em Myrſilii tyranni. Magna cum npit ſtatim enthuſiasmus gaudii. ortet inebriari, et tellurem vi pulſare): nam mortuus eſt Myrſilus. Imi- t hoc principium, forte et reliqua, ericre, Horatius carm I. 37 pr. -- ειν] fortius haud dubie et acrius, Ioratii bibere. -- χθόνα] Editiones ei exhibent τινὰ, et mox πονεῖν, o poſuerunt viri docti πίνειν. Ali- melius hoc quidem, ſed poſt

πεθύσ-

μεθύσκειν languidum sane πίνειν etiam πρὸς βίαν πίνειν, illudque, πρός τινα βίαν, prorsus frigidum. Praeclare emendat vir doctus ap. Aemilium Portum ad fragmm. lyrr. Commelin. p. 181. χθόνα et mox παίειν. Unice vera haec lectio; nam sic legisse Horatium, manifestum: apud quem quidem *pede libero*, venustius, contra apud Alcaeum πρὸς βίαν acrius est.

II.

Ὕει μὲν ὁ Ζεὺς, ἐν δ' ὀρανῷ μέγας
Χειμὼν, πεπάγασιν δ' ὐδάτων ῥοαί·
* * * * *

* * * * *

Κάββαλλε τὸν χειμῶν', ἐπὶ μὲν τιθεὶς
Πῦρ, ἐν δὲ κιρνὰς οἶνον ἀφειδέως
Μελιχρὸν, αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ
Μαλθακὸν ἀμφιτιθεὶς γνάφαλλον.

Ex Athen. X. 8. Eſt fragmentum, forte initium, carminis hiemalis, quo amicum hortatus eſt Alcaeus, ut ignibus camini, plenisque poculis, frigori inſultaret, et ſic ipſo hoc tam ingrato tempore hilaritati indulgeret; ut ſolebat quamque anni horam ad bibendum iucundeque vivendum convertere. v. Commentat. I. p. 7. Cum notum tum manifeſtum eſt, imitando expreſſos eſſe hos verſus ab Horatio, I. 9, 1.- 8. et facile, totam Horatii oden ex Alcaei carmine, cuius haec particula eſt ductam

ductam fuiſſe, ſuſpiceris. Verſus 1 et 2. ornant et pingunt hiemem. In Horatiana pictura ſtant et quieſcunt omnia, ac velut in ſtupore iacent; in Alcaei deſcriptione motus atque tumultus eſt, et hactenus plus ea vigoris habet. Preſſius etiam eam ſecutus Horatius Epod XIII. 1 ſq. — ὕει Ζεὺς] *pluit Iuppiter*, quatenus Iuppiter pro aëre dicitur, illique inprimis tempeſtatis injuriae tribuuntur, ut notum. Horat. *imbres nivesque deducunt Iovem.* Particulae μὲν - δὴ hic et in ſqq. non vertendae *quidem - vero*, ſed ſoli enumerationi et connexioni inſerviunt, ſollemni elegantia. v. Viger VIII. 8. — ὀρανῶ] pro ὀυρανῶ, poſcente metro. Male ὠρανῷ editt. Athenaei. *) — χειμων] tempeſtas, np. hiberna. *In caelo magna tempeſtas*, ſimplicius, quam apud Horat. *horida tempeſtas caelum*

*) Duas Athenaei editiones habui, unam Io. Valderi, Baſil. 1535. fol. alteram Caſauboni et Dalechampii. Lugd 1657. fol.

caelum contraxit. -- πεπάγαισιν] dorice pro πεπήγασιν, a πήγνυμαι, cogor, concresco. *Congelata sunt aquarum fluenta*, h. aquae fluentes, flumina, Horat. *gelu flumina constiterunt acuto*; ornatius. Editt. Athen. πεπάγαισι δὲ, quod contra metrum. Versus Alcaei 3 et 4 perierunt. Forte ex Horatio colligas, fuisse in iis montes nive tectos, aut silvas laborantes.

Κάββαλλε] pro κατάβαλλε, *prosterne*, subiice tibi quasi, expugna ac debella *tempestatem* hibernam; cum amplior tum fortior notio, quam Horat. *dissolve frigus*. Vulgo χειμῶνα editt. Athen. minus recte. -- ἐπὶ τιθεὶς πῦρ] *ignem imponens*, np. foco. Horat. *ligna super foco large reponens*. Brevior Alcaeus, item doctius πῦρ, quam *ligna*. -- ἐν δὲ κίρνας] ἐγκιρνὰς δὲ, *et infundens vinum*, np. poculo. Proprium in hoc genere verbum. cf. Homer. Il. Θ. 189. Horat. *deprome merum*. Male editt.

Alcaei

Alcaei, κιρναῖς. — μελιχρὸν] mellitum, dulce. — ἀφειδέως] non parce, non parcendo ei (v. Horat. II. 7. 20.), h. liberaliter. Horat *benignius*. — αὐτὰρ poëtice pro δὲ, post μὲν, ut Homer. Il. α. 50. — ἀμφὶ κόρσαις ἀμφιτιθεὶς] *temporibus* s. *capiti induens molle* γνάφαλλον. Γναφάλιον, item χαμαίζηλον dictum, herbae in Graecia genus, hodie ignotum, foliis albis atque ita mollibus, ut iis etiam pro tomento, h. ad differciendas culcitas, aliasque res, uterentur. v. Dioscor. III. 132. Plin. H. N. XXVII. 10. Vnde γνάφαλον (s. κνέφαλον) omne, quod infercitur culcitis, τὸ ἐμβαλλόμενον πλήρωμα. v. Pollux X, 8. Tum ipsa res, tomento farta, γνάφαλον dici poterit. Nam h. l. γνάφαλον (poët. γνάφαλλον) vix possis aliter explicare atque integumentum capitis, gnaphalii foliis, aliove molli tomento, refertum, quali per frigus Graecos usos fuisse, vel ex hoc Alcaei fragmento appareat. Non alienum

ab

ab hac suspicione caput antiquum apud Montefalcon. Antt. tab. LXXXV. 12. ed. germ. Ceterum ultimus versus in editt. Alcaei est, *μαλθακὸν ἀμφὶ γνάφαλλον*, in quo valde haeret Dalechamp. Patet, ex metro etiam, aliquid excidisse. Unde Rutgers. lect. Venus. c. IV. p. 253. emendabat: *μαλθακὸν ἀμφὶ τίθει γνάφαλλον.* Mihi iubere videbatur elegantia legi *ἀμφιτιθεὶς*, ut non ad *κάββαλλε*, sed ad *τιθεὶς*, *κιρνὰς*, referretur. Denique vitiose Rutgers. *γνόφαλλον.*

III.

Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω.

Ap. Athen. X. 8. Ad verbum, eodemque adeo metro, hunc versum expressit Horat I. 18. 1. *Nullam, Vare, sacra vite prius, potius severis arborem.* Neque dubium est, quin, si integrum exstaret Alcaei carmen, cuius hoc fragmen-

mentum eſt, plura inde ducta in Horatiano agnituri eſſemus. — ἀμπέλω] ſine ſubſcripto, nam eſt genitivus doricus.

IIII.

Πίνωμεν· τί λύχνως ἀμμένομεν; δάκτυλος ἁμέρα.
Καδδ' ἄειρε κυλίχναις μεγάλαις καί, παΐ, ποικίλαις.
Οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς υἱὸς λαθικηδέα
'Ανθρώποισιν ἔδωκ'. Ἔγχεε, κιρνὰς ἕνα καὶ δύο,
Πλείαις· κἀκ κεφαλᾶς δ' ἁτέρα μὲν τὰν ἑτέραν κύλιξ
'Ωθείτω. * * * *

Bis apud Athenaeum legitur venuſtiſſimum hoc fragmentum, np. X. 8. et XI. 8. ſed utroque loco, maxime in principio, turpiter corruptum. Illud cum H. Stephanus et Aemilius Portus neglexiſſent, poſt Iſaac. Caſaubonus, Hadrian. Iunius *), aliique, infeliciter, tentarunt, cum

*) In Adag. Eraſm. p. 715.



cum metrum versuum non perciperent viri docti, quod sane mirari satis nequeo. Postremo Ianus Rutgersius (lect. Venus. c. IV. p. 254 sqq.) eos emendare conatus est, primusque vidit, quod videre non admodum difficile erat, metrum esse choriambicum Alcaicum, s. Asclepiadeum maius, cuius generis carmina plura Alcaeus fecit, Horatius tria, I. 11 et 18. IV. 10. Est autem hoc fragmentum pars, principium haud dubie, carminis, quo poëta sodales ad bibendum invitat atque excitat; quacumque tandem occasione factum sit. Forte omnino σκόλια s. convivalia carmina fuerunt, quorum haec iam quatuor fragmenta dedimus v. Athen. XV. 14. Hagedorn. opp. poët. T. III. p. 160 sqq. Magnas autem virtutes lyricas nostri hi versus habent. Alcaei enthusiasmus statim mediam in rem rapitur. Iam in ipso convivio versari, illiusque rex s. magister esse is sibi videtur: quae ratio quam digna sit spiritu

affectu-

affectuque poëtico, facile intelligitur. v. ad Horat. III. 19. Argum. item ad I. 4 18.

Πίνωμεν] Statim erumpit affectus primarius. -- τί λύχνως ἀμμένομεν;] Sic lego. Editt. Athen. lib. X. c. 8. habent: τί τὸν λύχνον σβέννυμεν; sed lib. XI. c. 8. τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν; Statim, delendum esse τὸν, metrum arguit. Sed utrum σβέννυμεν, an ἀμμένομεν optandum? Illud tuetur Rutgers. quia sic ante oculos fuerit Horatio, III. 21 extr. sed metri caussa ponit σβεννύομεν. Equidem cum nondum assequi potui, cur Horatium l. l. hos Alcaei versus imitatum esse oportet, tum praetuli ἀμμένομεν, quod mihi non tam compotatio iam in noctem producta, sed illius demum initium faciendum declarari, omninoque sic melius constare sibi sententia videbatur. Tum reposui λύχνως (dorice pro λύχνους), tam ob metrum, quam, quod multitudo lucernarum evidentiorem sensum dat.

Graeci

Graeci et Romani vesperam demum noctemque exspectare, coenandi bibendique caussa, soliti sunt. Verum ubi voluerunt iucunde esse atque hilaritati indulgere, multa iam adhuc die potare inceperunt; quod Horatio est *partem demere de die*, *frangere diem*, I. 1. 20. II. 7. 6. Itaque, τί λύχνως ἀμμένομεν (ἀναμένομεν); *quid exspectamus lucernas?* cur compotationem in vesperam differamus? cur exspectemus, dum lucernae (quibus saepius convivium nocturnum declaratur; v. ad Horat. III. 21 extr.) coenae alluceant? Praeclare expressa affectus impatientia. — δάκτυλος ἀμέρα] *dies est digitus*, h. brevis est, cito aufugit hic nobis dies; itaque frui illo, eiusque dona capere properemus. Nam in proverbio fuit Graecis δάκτυλος, item σπιθάμη, de brevi exiguoque spatio. v. Erasm. adag. p. 714 sq Manifeste expressum ex hoc Alcaei versu epigramma vetus (Anthol. Gr. lib. V.); Πίνωμεν Βάκχε ζωρὸν πόμα· δάκτυλος

δάκτυλος αὼς (ἠὼς)· Ἦ πάλι κοιμιστὴν λύχνον ἰδεῖν μένομεν; h *bibamus Bacchi merum potum: digitus lux* f. dies: *an iterum somniferam lucernam videre iuvat?* Quae ipsa imitatio novam lectioni ἀμμένομεν auctoritatem tribuit. v. H. Steph. ad Anacr. XXXI. 3.

Καδδ' ἄειρε] Difficillimus et vexatissimus versus, qui, cum ita, uti in editt. Athenaei est., omni sensu careat, tum ex virorum doctorum medelis parum sanitatis acceperit. Nempe ap. Athen. X. 8. in edit. utraque ita habet: καδδ' ἀνάειρε κυλίχναις μεγάλαις αἰ τὰ ποικίλα. Contra lib. XI. 8. in editt. Vald. est; καδδάξαι κ. μ.. αἰ τὰ ποικίλλης in edit. Dalechamp. καδδ' ἄειρε κ μ αἰ τὰ ποικίλλης. E priore lectione ita versum emendat Hadr. Iunius l. l. καδδέξαι κ. τ. ἃς τὺ ποικίλλης, et vertit: *accipe maioribus poculis, quae tu obducas.* Dalechamp. mavult. καδδαῖσαι,

et

et expl. traducenda dies. Posteriori varietati sic medetur Casaub. καδδ' ἄειρε κυλίχναις μεγαλαῖσι καὶ πυκιναῖς. Sed facile videmus, neque metrum ferre has tales emendationes, et summam in versu ita vel constituendo vel explicendo esse duritiem. Denique Rutgers. legi vult: καδδ' ἄντεινε (h. κατανάτεινε δὲ) κυλίχναις μεγάλαις, αἴτεε ποικίλα· et exponit: *porrige* s. *da magnos calices, posce variis poculis.* Quae emendatio licet laudem habeat ingenii servatique metri, tamen quam vim versui afferret, ipse Rutgersius sensisse videtur. Equidem servo καδδ' ἄειρε, pro κατάειρε δέ, h. affer utique (δὲ pro δὴ) s. ministra, sup. vinum. Nam ἀείρειν sollemne hoc sensu vocabulum est, ut ap. Homer. Il. ζ. 264. Quod prima syllaba in ἀείρειν brevis est, id non verendum ne obsit; saepius enim in versus Asclepiadei primo pede trochaeum pro spondeo licentia Graecorum, ipsiusque Alcaei, ut in fragm. III. vidimus,

posuit.

posuit. Tum αἰ mutavi in καὶ, τὰ in πάϊ (pro παῖ, dorice), et ποικίλα s. ποικίλλης in ποικίλαις. Facillime ex καὶ fieri potuit αἰ, item τὰ ex πάϊ, inprimis si cogites, primam litteram τῦ καὶ, ultimamque τῦ πάϊ, in exemplaribus vetustate obscuratas fuisse. Ex ποικίλαις uterque iste error quomodo enatus sit, intelligi potest. Denique praeclaram nunc sensum versus ostendit. Puerum enim s. servulum, παῖδα, vocare et alloqui, illum afferre iubere vinum et pocula, ita sollemne est et proprium regi convivii (v. Athen. VI 16 pr. Hor. III. 19. 10.), ut aptissimum esse universae horum versuum sententiae insertum vocativum πάϊ, pluribus docere vix opus sit. Quare postquam admonuit amicos Alcaeus, ut iam nunc de die potare inciperent, statim ipse magisterium vini capessit: *affer* et ministra vinum, *puer*, *magnis et variis poculis*. Κυλίχνη i. κύλιξ calicis genus v. Athen. XI. 9. Iam pocula vete-

rum

rum ſubinde multa arte elaborata, eleganterque ac pretioſe caelata, item auro gemmisque diſtincta fuere *); quales κυλίχνας bene vocari ποικίλας, nemo non videt. Itaque poſcit pocula *magna*, quia acriter bibendum eſt, *varia*, quia ſplendide et laute coenandum hodie. — Meliora ſi quis dare ſuper hoc verſu poſſit, equidem primus omnium plaudam.

Σεμέλας καὶ Διὸς υἱὸς] Bacchus. — λαθικηδέα] venuſtiſſimum epitheton: quod oblivionem curarum et calamitatum affert; a κῆδος et λανθάνω. Horat. vertit *obliviosum*, II. 7. 21. λαθικαδέα habet Athen. X. 8. ed. Vald. — ἔδωκ'] Ita legendum. Vulgo ἔδωκεν. — ἔγχεε πλείαις] np. κυλίχναις, *infunde*, ſc. vinum, calicibus *plenis*, h. ita infunde, ut pleni ſint, usque ad oram eos imple, idque ita, ut miſceas (κιρνὰς)

*) v. Potter. archaeol. Gr. T. II. p. 684. ed. Ven. Ramb.

(κιρνὰς) ἕνα καὶ δύο, ſc. κυάθους. Κύαθος erat ſextarii (*eines Nöſsels*) pars duodecima, cochlearis ſpeciem habens, quo puer e duobus vaſis, in abaco tricinii poſitis, vinum et aquam certa proportione, a rege convivii imperata, hauriret, tum miſceret utrumque in cratere ſ. magna patera, denique hinc iam eodem cyatho pocula impleret. Igitur imperat Alcaeus eam in temperando vino proportionem, ut ſemper *unus* cyathus aquae, *duo* meri, ſumantur et in cratere miſceantur. Ita recte explicat Athenaeus, X. 8. Strenuorum enim erat acriumque potorum ea talis proportio v. not. ad Horat. III. 19. 11. Ceterum ἔγχεαι utraque edit. Athen. XI. 8. ἔγχευε, X. 8. — κέρναι, lib. XI. 8. ed. Vald. κίρνα ed. Dalech. Mox utraque πλέαις, lib. X. 8. καὶ πλείους, lib. XI. 8.

Κὰκ κεφαλᾶς] καὶ ἐκ κεφαλῆς δ' ἡ ἑτέρα κύλιξ τὴν ἑτέραν ὠθείτω, *alius calix*

E *alium*

alium e capite pellat. — μὲν] abest vulgo, recte insertum a Rutgers. poscente metro. Nunc, Alcaei versibus, ap. H. Stephanum et alios, nullo sensu adhaerent adhuc haec: ἕνα πρὸς, δύο ὕδατος, πρὸς τρεῖς ἀκράτου. Nimirum Athenaeus X. 8. ita post αἰθείτω pergit: ἕνα πρὸς δύο ῥητῶς κιρνᾶναι κελεύων (sc. Alcaeus). Ὁ δ' Ἀνακρέων ἔτι ζωρότερον (h. item et Anacreon meracius imperat), ἐν οἷς φησι· καθαρῇ δ' ἐν κελέβῃ πέντε καὶ τρεῖς ἀναχείσθω. Φιλέταιρος Τηρεῖ· δύο ὕδατος πρὸς τρεῖς ἀκράτου. Iam cum pro his verbis in editt. ut in Vald. legeretur: ἕνα πρὸς δύο ὕδατος πρὸς τρεῖς ἀκράτου, omnibus, quae inter prima et postrema verba essent, omissis (cui errori occasionem dedit vocabulum δύο): inepto lapsu Alcaei versibus assui hic pannus coeptus est.

V.

V.

Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται,
Ἁ δ' Ὥρα χαλεπὰ, πάντα δὲ διψᾷ ὑπὸ καύματος.

Exstat hoc fragmentum ap. Athen. I. 19. et X. 8. et fuit haud dubie pars, forte initium, carminis, quo hortaretur Alcaeus amicum, ut fervidissimo iam anni tempore hilaritati indulgeret, sumtis ab ipso aestatis calore, quae ad bibendum invitarent, argumentis, uti quidem solet. v. ad fragm. I et II. Ante oculos fuisse videtur hic locus Alcaei Horatio, III. 29. 17 sqq. quamquam alius ibi et sensuum nexus et verborum ornatus est. — τέγγε] Sic Steph. et Commelin. item Athen. I. 19. in edit. Vald. et Casaub. quamquam inverso verborum ordine, et πνεύμονας metri gratia in πνεύμονα mutato: οἴνῳ πνεύμονα τέγγε. Sed τέγγη Athen. X. 8. in utraque edit.

 qui

qui foret subiunctivus praes. pass. pro imperativo positus: τέγγῃ (κατὰ) πνεύμονας, irrigare, irriga te, quod ad pulmones attinet. Facile magis placet prior lectio: τέγγε πνεύμονας οἴνῳ, *irriga* s. humecta (βρέγε) *pulmones vino:* quatenus pulmones inprimis per aestum ac sitim arescere, bibendoque recreari videntur. Similiter Eratosthenes poëta (ap. Plutarch. sympos. VII. 1. et in poët. graec. minorr. Rad. Winterton. Cantabrig. 1684. 8. p. 472): καὶ βαθὺν ἀκρήτῳ πνεύμονα τεγγόμενος. — πνεύμονας] pro hoc πλεύμονας, attico more, exhibet Athen. X. 8. in ed. Vald. — ἄστρον] pro sidere Canis sive Caniculae, simpliciter et κατ' ἐξοχὴν, apud prosaicos etiam est, velut cum dicunt, περὶ τὸ ἄστρον, ὑπὸ τὸ ἄστρον, τοῦ ἄστρου ἐνιόντος, ad dies caniculares significandos. Aptissime convenit huc locus Theogn. 1035 sq. Ἄφρονες ἄνθρωποι καὶ νήπιοι, οἵτινες οἶνον Μὴ πίνουσ' ἄστρου καὶ (explicative) κυνὸς ἀρχομένου. —

περι-

περιτέλλεται] proprie, *circumvolvitur.* Scilicet περιτέλλεσθαι dicitur annus nota ratione poëtica, quatenus in orbem redit, v. Homer. Il. β. 551. Virg Aen. I. 234. Simili ratione, περιπλομένων ἐνιαυτῶν, περιτροπέων ἐνιαυτός. Itaque docte h. l. dicitur Canis περιτέλλεσθαι, quoniam anno exacto et quasi circumvoluto, ipse etiam circumactus in orbem redit, et sic denuo oriri et apparere incipit. — ὥρα] anni tempus sive hora, ut notum. Sed solent etiam Graeci tempus Caniculae ὥραν ἔτους simpliciter dicere. v. Aristot. hist. anim. II. 7. Est igitur dilectus in vocabulo. Cum autem antiquis quatuor anni Ὧραι numina fuissent, vividiorem fore putabam et magis poëticum locum, si Ὧρα, maiuscula littera, ederem. — χαλεπὰ] *gravis; saeva* est. — διψᾷ] *sitiunt* omnia, exquisitum et praeclare lectum verbum, quia de bibendo agitur. — ὑπὸ καύματος] *propter aestum, prae calore.*

VI.

VI.

Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ,
Πᾶσα δ' Ἄρει κεκόσμηται στέγη
Λαμπραῖσιν κυνέαισι· καττᾶν λευ-
κοὶ καθύπερθεν ἵππειοι λόφοι
Νεύουσιν, κεφαλαῖσιν ἀνδρῶν τα-
γάλματα· χάλκεαι δ' αὖ πασσάλοις
Κρυπτοῖσιν περὶ λαμπραὶ κναμῖδες
Κείμεναι, ἔρκος ἰσχυρὸν βέλους·
Θώρακές τε νέω λίνω, καὶ κοῖ-
λαι δὲ κατ' ἀσπίδες βεβλημένων·
Πὰρ δ' αὖ Χαλκιδικαὶ σπάθαι, πὰρ δὲ
Ζώματα πολλὰ, καὶ κυπαττίδες.
Τῶν οὐκ ἔστι λαθέσθ', ἐπειδὴ πρώ-
τιστα ὑπ' ἔργον ἔσταμεν τόδε.

Legitur venustissimum hoc fragmentum ap. Athen. XIV. 5. sed, ut facile apparet, multis locis corruptum. Statim magnas difficultates habet metri reperiendi et constituendi negotium. Nos

Nos quidem ita illud ordinandum censuimus;

⏓ — | — ⏑ ⏑ — | ⏑ — | ⏓ —
— ⏑ ⏑ — | ⏑ — | — — | ⏑ —

ut prior versus constaret spondeo, choriambo, jambo et spondeo, posterior choriambo, jambo, spondeo et iambo. Primum enim ita congruit hoc metrum universo fragmento, paucis quidem locis levi emendatione, idque fere iam per se probabili, ut videbimus, adhibita, ut vel hinc facile ad illud amplectendum ferri possimus. Vocabula quatuor locis dissecta atque in duo versus distributa sollicitum non habebunt eum, cui lyricorum graecorum consuetudo atque licentia, inprimis in gravioris argumenti carminibus, cognita fuerit. Deinde ipsum metri ingressum prosequamur quaeso et auribus percipiamus. Choriambus in priori versu alterum, in posteriori primum locum occupat; in utro-

que

que eum ſequitur iambus et ſpondeus; ſed in priori choriambum praeit ſpondeus, poſteriorem iambus, ſpondeum ſecutus, claudit, cum prior in ſpondeum, qui iambum, ſequeretur, deſiiſſet. Igitur metrum cum ex pedum ac verſuum viciſſitudine multum gratiae atque vigoris, tum ex eo, quem nihilominus ſervant inter ſe verſus, reſponſu quaſi et commenſu, plurimum gravitatis accipere, praeſentique argumento accommodatiſſimum eſſe, cui iam non perſuadeat aurium ſuarum iudicium? Sed veniamus ad ipſum fragmentum. In eo non vini aut amorum ſtudioſus, ſed *bello ferox* ille Alcaeus cernitur. Scilicet fortitudinem ſuam laudemque bellicam ita extollit, ut ſummam ſe in ea felicitatem ſuam ac gloriam poſitam putare prodat. Athenaeus, cui integrum carmen legere contigit, *Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς*, inquit, *εἴ τις καὶ ἄλλος μουσικώτατος γενόμενος, πρότερα*

τῶν

τῶν κατὰ τὴν ποιητικὴν τὰ κατὰ τὴν ἀνδρείαν τίθεται, μᾶλλον τοῦ δέοντος πολεμικὸς γενόμενος. Διὸ καὶ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις σεμνυνόμενός φησιν· μαρμαίρει cet. Unde apparet, ita gloriatum fuiſſe hoc carmine Alcaeum de bellica ſua gloria, ut eam ipſi, qua tam inſignis eſſet, muſicae atque poëticae facultati longe anteponere videretur: in quo nimis bellicoſum eum eſſe iudicat, ſedens in muſeo ſuo, ubi pacata omnia ac tuta ſunt, homo frigidus Athenaeus. Contra, civem Lesbium, qui viveret ea aetate, qua virtus bellica primum omnium locum obtineret, qui ipſe eſſet et fortiſſimus vir et patriae amantiſſimus, qui denique tam multa et cum externis hoſtibus et cum tyrannis geſſiſſet bella, maximamque iis ſibi gloriam comparaſſet, illum igitur aliter, ac grammaticum, ſenſiſſe, domumque ſuam non tam inſtrumentis muſicis, uti mallet bonus Athenaeus, quam ſpoliis bellicis, ornaſſe, cui tandem mirum

videri

videri queat? Namque ita declarat Alcaeus gloriam suam bellicam, ex eaque summam felicitatem, ut domum suam non auro, non argento, non pretiosa supellectille, sed spoliis atque exuviis victorum a se caesorumque hostium plenam exornatamque describat. Neque solum haec ipsa pictura et ratio, sed etiam tractatio illius poëtica, prorsus praeclara et admirabilis est. Cum enim undique magnus ac bellicosus poëtae animus, et prisca illa atque simplex spiritus graeci ferocia emicat, tum ornatus poëtici insignis profecto et splendor et gravitas est. Spolia, hostibus interfectis detracta, enumerantur, galeae, ocreae, loricae, clypei, enses, cingula, tunicae; qualis enumeratio cum omnino poësin decet, tum summam evidentiam carmini tribuit.

---

1. μαρμαίρει] *fulget domus aere*, h. armis aeneis, pro vulgari, fulget aes per domum meam. cf. Horat. IV. 11. 6. Sollemne μαρμαίρειν de armis. v. Homer. Il. π. 664. — μέγας] cum vi et arrogantia, ad designandam spoliorum multitudinem.

2. Αρεϊ] *Marti*, h. in Martis honorem. — στέγη] *tectum* aedes.

3. λαμπραῖσιν κυνέαισι] *splendidis galeis*. Vulgo legitur λαμπραῖσι κυνέαισιν. Κυνέη proprie galea ex canis aquatici pelle: v. Eustath. ad Homer. Il. κ. 257. deinde omnis galea cuiuscumque materiae. — καττᾶν] dorice pro, κατὰ τῶν, h. κατ' αὐτῶν sive καθ' ὧν, *de quibus*.

4. λόφοι] *cristae*, quibus galeae ornabantur, ex equinis fere crinibus factae, unde h. l. ἵππειοι; quemadmodum ap. Homer. λόφος ἱππιοχαίτης, ἱππόκομος, ἵππουρις τρυφάλεια cf. Virg Aen. X. 869. — ἵππειοι] ita recte Steph. et Commelin. Vulgo ἵππιοι. — καθύ-

περθεν

περθεν νεύκσιν] *desuper nuunt, nutant;* quam graphicum hoc! Homer. Il. γ. 337. *δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν.*

5. *τἀγάλματα*] Sic lego pro vulgari, *ἀγάλματα*, primum ob metrum, deinde elegantiae caussa. Est enim; quae sunt vera atque unica *ornamenta capitum virorum.* Igitur non est nuda appositio, sed gnome, nobilis illa quidem et generosa: et sic abesse articulus vix potest — *κεφαλαῖσιν*] pro genitivo, *κεφαλῶν*, more graeco et poëtico.

6. *χάλκεαι*] vulgo *χάλκειαι.* — *δ' αὖ*] Sic reposui pro vulgari *δὲ*, et metri gratia, et, quod *αὖ*, item *δ' αυ*, elegantem in distributione et enumeratione usum habet, pro, *similiter, pariter quoque.* v. Viger. VII. 4. 3. — *πασσάλοι*] clavi lignei, inprimis, quibus arma suspenduntur. Homer. Od. Φ 53. *ἀπὸ πασσάλου αἴνυτο τόξον.*

7. *κρυπτοῖσιν*] *occultis*, ornate, quatenus armis suspensis teguntur, ita, ut nullus clavus nudus aut vacuus sit. — *περὶ λαμπραὶ κναμῖδες κείμεναι*] pro, *περικείμεναι λ. κ.* uti et vulgo legitur, haud dubie e scholio grammatici, tmesin declaraturi. Est autem *περικείμεναι* sc. *εἰσί*, pro, *περίκεινται πασσάλοις*, circumdant, occulunt, clavos, vel, ex alio vocabuli usu, alligatae sunt iis; utrumque docte pro, suspensae

ſuſpenſae ex iis ſunt. Trahenda autem notio, περίκειντοι πασσάλοις, ad omnia, quae ſequuntur, ſubiecta. — κναμῖδες] dorice pro κνημῖδες, ocreae bellicae, tegendis pedibus, ex aere, orichalco aut ſtanno ductili confectae v. Homer. Il. σ. 612. Heſiod. ἀσπ. 122. Propriae olim Graecis fuiſſe videntur, unde toties ap. Homer. Ἀχαιοὶ εὐκνήμιδες, χαλκοκνήμιδες.

8. ἕρκος] proprie ſeptum, vallum, deinde omne tegumentum ſive tutamen. Corrupte ἄρκος eſt in edit. Vald. item ap. Steph. Pro ἰσχυρὸν βέλευς vulgo legitur ἰσχυροβέλεος, quod a lexicographis perperam exponitur, validum adverſus ſagittarum ictus. Sed ex analogia eſſet potius ἰσχυροβελής vel, validam cuſpidem habens (ut ὀξυβελής ap. Homer. Il δ. 126.), vel, fortiter iaculans telum. Neutro ſenſu convenit epitheton ocreis. Igitur emendavi (quo et metro conſulitur) ἕρκος ἰσχυρὸν βέλευς, tutamen validum aduerſus tela: ut Homero Il. δ. 137. μίτρη dicitur ἕρκος ἀκόντων, item Achilles Il. α. 284. ἕρκος πολέμοιο κακοῖο. — νέω λίνω] Male vulgo νέῳ λίνῳ, ſed recte iam emendavit Caſaub. νέω λίνω, dorice pro νέου λίνου, qui eſt genitivus materiae, more Graecorum. Loricae non ſolum fuerunt aeneae aut ferrae, ſed etiam, quamquam priſca quidem aetate rarius (v Pauſan. I. 12 extr.), linteae, ita e lino textae, ut et leves

eſſent,

essent, et satis tegerent corpus adversus tela. v. Homer. Il. β. 528. 830. Nep. XI. 1. 4. Sil. IX. 587. ibique Drakenborch. — νέῳ] de lino *recenti*; tali enim opus erat ad firmitatem. Nihil amplius. — καὶ κοῖλαι δὲ] Vulgo legitur, κοιλαί τε κατασπίδες. Sed primum quid quaeso sint κατασπίδες; deinde laborat metrum. Itaque facili negotio reposui: καὶ κοῖλαι δὲ κατ' ἀσπίδες βεβλημένων, pro, καὶ κ. δὲ ἀ. καταβεβλημένων. Eleganter καὶ δὲ, pro, καὶ ἔτι, *et praeterea atque etiam*, in enumeratione. v. Viger. VIII. 8. 27. — κοῖλαι ἀσπίδες] *cavi clypei*, ornans epitheton. — καταβεβλημένων] *occisorum in acie*; vocabulum sollemne. Minus feliciter emendabat Casaub. κεῖνται δὲ καὶ ἀσπίδες, vel, κεῖθι καὶ ἀσπίδες. Rectius item emend. βεβλημένων, cum vulgo legeretur βεβλημένον, pro quo tamen ap. Steph. est βεβλημέναι, haud dubie ex coniectura.

11. Πὰρ pro παρὰ, dorice, et πὰρ δὲ, pro, παρὰ ταῦτα δὲ, *iuxta haec* sc. pendent, more poëtico, ut Homer. Il. δ. 330. et saepius. Deinde metrum poscit, ut pro vulgari, πὰρ δὲ, legatur πὰρ δ' αὖ. v. sup. ad v. 6. — σπάθαι] Est σπάθη gladius longior et latior, Latinis etiam *spatha*. v. Apulei. Metam. I. p. 103. Veget. de re milit. II. 15. — Χαλκιδικαὶ] a Chalcide, Euboeae insulae urbe primaria, propre quam praestantissimi aeris ac ferri metalla fuisse, intel-

ligi-

ligitur e Strab. X p. 447. Itaque exquisito cum dilectu *enses Chalcidici*, tam ob ferri virtutem, quam quod haud dubie talibus inprimis usi fuerunt vicini Athenienses, quibuscum Alcaeus bellavit.

12. Ζῶμα] *cingulum*, *cinctus* (nostro sermone *Leibrock*), inde a thorace, superiorem corporis partem tegente, usque ad medium circiter femur, illius tutandi gratia, pertinebat. Distinguendus ab eo ὁ ζωςὴρ, balteus *(der Gurt)*. v. Homer. Il. δ. 215. ibique Eustath. — κυππαττίδες] vulgo κυππατίδες, pro quo volebat Casaub. κυπασσίδες. Erat κύπασις, κύπασσις, κύπαττις, brevis tunica lintea, ad medium femur pertinens, paullo longior cingulo, sub eoque aliquantum prominens. Facile in monumm. et ζῶμα et κύπασσις agnoscuntur. Metri caussa poëta litteram π geminavit. — 13. 14. Τῶν] τέτων, *non licet haec oblivisci*, per λιτότητα, pro, omnium maxime his spoliis mihi gloriandum puto, summam meam in iis gloriam pono. Scribo λαθέσθ', ob metrum; pro vulgari λαθέσθαι. — ὑπ' ἔργον ἔςαμεν] pro, ὑπέςαμεν (ὑπέςημεν) ἔργον τόδε, *subiimus*, *suscepimus*, *hoc opus*, *munus*. Intelligenda facta bellica, πολεμήια ἔργα. Simpliciter etiam dicitur ἔργον de rebus bellicis, ut ἔργον Τρωικὸν pro bello Trojano. Insigniter igitur lectum vocabulum est. —

πρώ-

πρώτιςα] *omnium primum.* Nulla necessitate Casaub. emend. πρώτιςοι. Pro ὑπ' male vulgo est ὑπό. Erit itaque: quoniam ante omnia hoc munus suscepimus, huic muneri nos ante omnia addiximus, h. quoniam bellatoris munere et gloria nihil nobis in his terris prius aut carius est.



FRAG-

FRAGMENTA
ALCAEI
RELIQUA
ATQUE
DE EODEM IUDICIA ET TESTIMONIA
SCRIPTORUM
ET
GRAECORUM ET LATINORUM.

F

FRAGMENTA
A L C A E I
E SCRIPTORIBUS GRAECIS.

Herodotus Libr. V. cap. 95.
Πολεμεόντων δέ σφεων παντοῖα καὶ ἄλλα ἐγίνετο ἐν τῇσι μάχῃσι· ἐν δὲ δὴ καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς, συμβολῆς γενομένης, καὶ νικώντων Ἀθηναίων, αὐτὸς μὲν φεῦγων ἐκφεύγει, τὰ δέ οἱ ὅπλα ἴσχουσι, Ἀθηναῖοι, καὶ σφεα ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον τὸ ἐν Σιγείῳ. ταῦτα δὲ Ἀλκαῖος ἐν μέλεϊ ποιήσας, ἐπιτιθεῖ ἐς Μιτυλήνην ἐξαγγελλόμενος τὸ ἑωϋτοῦ πάθος Μελανίππῳ ἀνδρὶ ἑταίρῳ.

INTERPRETATIO LATINA.

Belligerantibus illis nonnulla alia in pugnis acciderunt: sic Alcaeus poeta conflictu quodam, vincentes Athenienses effugit, arma vero eius, quibus potiti illi, in Sigeo in templo Minervæ suspenderunt. Alcaeus Mitylenas ea transferens

carmen de hac re composuit, eamque rem adversam, quam perpessus Melanippo sibi amico enarravit.

ARISTOTELES

in Polit. Libr. III. cap. X.

Εἵλοντό ποτε Μιτυληναῖοι Πιττακὸν πρὸς τοὺς φυγάδας, ὧν προειςήκεσαν Αντιμενίδης καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητής. δηλοῖ δ' Ἀλκαῖος, ὅτι τύραννον εἵλοντο τὸν Πιττακὸν, ἔν τινι τῶν σκολιῶν μελῶν, ἐπιτιμᾷ γὰρ ὅτι τὸν κακοπάτριδα Πιττακὸν πόλεως τᾶς ἀχόλω καὶ βαρυδαίμονος ἐςάσαντο τύραννον, μέγ' ἐπαινέοντες ἀολλέες. ἄυται μὲν οὖν εἰσί τε καὶ ἦσαν, διὰ μὲν τὸ τυραννικαὶ εἶναι, δεσποτικαὶ· διὰ δὲ τὸ αἱρεταὶ, καὶ ἑκόντων, βασιλικαί.

INTERPRETATIO LATINA.

Hunc autem principatum tenebant, alii quidem perpetuum, alii quibusdam temporibus vel certis rebus agendis circumscriptum: quemadmodum quondam Mitylenaei Pittacum delegerunt

gerunt adverſus exules, quorum duces fuere Antimenides et Alcaeus poeta. Alcaeus enim Pittacum ſic electum fuiſſe in quibusdam carminibus indicat. Vituperat enim Mitylenaeos, quod Pittacum patriae pernicioſum civem afflictae et infelici civitati tyrannum, et quidem publico conſilio collaudatum impoſuerint. Qua propter hae respublicae, quia quidem tamquam herae in ſervos dominantur et habentur, et antea ſemper habitae ſunt tyrannicae, quia autem liberis ſuffragiis eligantur, regiae.

ARISTOTELES

De arte Rhetorica. Lib. I. Cap. IX. 20.

Καὶ τὰ ἐναντία, ἢ ἐφ' οἷς αἰσχύνονται. τὰ γὰρ αἰσχρὰ αἰσχύνονται καὶ λέγοντες καὶ ποιοῦντες, καὶ μέλλοντες ὥσπερ καὶ Σαπφὼ πεποίηκεν, εἰπόντος τοῦ Ἀλκαίου:

Θέλω τί τ' εἰπεῖν, ἀλλά με κωλύει
Αἰδώς.

Σ. Αἰ δ' ἦχε σ' ἐσθλῶν ἵμερος ἢ καλῶν
Καὶ μή τι εἰπῆν γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν,
Αἰδώς κε σεῦ οὐκ εἶχεν ὄμματ'
Ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

INTER-

INTERPRETATIO LATINA.

Et contraria illorum, propter quae erubescunt; turpia enim, et dicentes, et facientes, et meditantes erusbescunt; Quod et Sappho ostendit his versibus, dicente Alcaeo.

Fari volo; sed me prohibet
Pudor.

S. Si quidquam honesti mens ferat, ac boni
Nec lingua quidquam turpe paret tua.
Nullus oculos tuos impleret pudor,
Sed facile eloquerere honesta.

Ἢ ἐφ' οἷς] Edd. Venet. Camot. Maiorag. non habent ἤ.

Εἰπόντος τοῦ 'Αλκαίου] Primus versus Alcaei est; ceteris quatuor Sappho respondet Alcaeo.

Θέλω τι τ' εἰπῆν] Edd. Ald. Venet. Basileenses, Camot. Riccob. Maiorag. θέλω τι τ' εἰπεῖν.

Αἰ δ' ἦχες σ' ἐσθλῶν ἵμερος ἢ καλῶν] Edd. Ald. et Basileenses: αἰ δ' ἦχες ἐσθλὸν ἵμερον ἢ καλόν. Edd. Venet. Camot. et Maiorag. αἰθ' ἦκες ἐσθλὰν ἵμερον ἤ καλόν. In marg. edit. Venet. et in edd. Victor. et Riccob. αἰ δ' ἦχες ἐς 'εσθλῶν ἵμερον ἢ καλῶν. Ed. Spirens. αἰ δ' ἦχες ἐς ἐσθλὸν ἵμερον ἢ καλόν. Cum ed. Victoriana consentiunt quoque Edd. Morel, Sylb. Casaub. Duvall.

Duvall. Schrader. Londin. Editio Lipsiensis veram lectionem hic iam reposuit, et metrum restituit. Nam metrum Alcaicum et hendecasyllabum duobus primis versibus, et iambicum dimetrum hypercatalectum versu tertio violatum erat. Vide eius praef.

Καὶ μή τι εἴπῆν] Edd. Ald. Veneta, Basileenses, Camot. Maiorag. καὶ μήτ' εἰπεῖν. Edd. Victorii, Spirens. Morel. Sylb. Casaub. Duvall. Schrader. Londin. καὶ μήτ' εἰπῆν.

Αἰδώς κέ σεῦ οὐκ εἶχεν ὄμματ'] Edd. vulgatae omnes praeter Lipsiensem: αἰδὼς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄμματα.

Ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω. Edd. Ald. Basileenses et Veneta: ἀλλ ἔλεγες περὶ ῷ δικαίῳ. Vitiose. In marg. ed. Venetae: ἀλλὰ περὶ ὦ δικαίω ἔλεγες. — I. Theophilus Buhle in Aristotelis opp. Vol. IIII. ad h. l.

HERACLIDES PONTICUS.

In allegoriis Homericis cap. V. pag. 13. edit. Nic. Schow.

Ἐν ἱκανοῖς δὲ καὶ τὸν Μιτυληναῖον μελοποιὸν εὑρήσομεν ἀλληγοροῦντα. τὰς γὰρ τυραννικὰς ἐξουσίας χειμερίῳ προσεικάζει κατα-

καταστήματι θαλάσσης, ἀσυνέτην καὶ τῶν ἀνέμων στάσιν.

Τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,
Τὸ δ' ἔνθεν· ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσον ναῒ
Φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ
Χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλω καλὰν
Παρὰ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει,
Λαῖφος δὲ πᾶν ζάδηλον ἤδη,
Καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό,
Χολαῖσι δ' ἄγκυραι.

Τίς οὐκ ἂν εὐθυς ἐκ τῆς προτρεχέσης περὶ τὸν πόντον εἰκασίας, ἀνδρῶν πλωϊζομένων θαλάττιον εἶναι νομίσειε φόβον; ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει. Μύρσιλος γὰρ ὁ δηλέμενός ἐςι, καὶ τυραννικὴ κατὰ Μιτυληναίων ἐγειρομένη σύςασις· ὁμοίως δὲ τὰ ὑπὸ τούτε αἰνιττόμενος ἑτέρωθί που λέγει·

Τὸ δὲ εὖ γε κῦμα τῷ προτέρω νεομὰςίχει,
Παρέξει δὲ ἄμμι πόνων πολλὴν ἄντλην.

ἐπει

ἐπεὶ καὶ νεὼς ἐμβαίνει καταχόρως ἐν ταῖς ἀλληγορίαις ὁ νησιώτης θαλασσεύει, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν διὰ τοὺς τυράννους ἐπεχόντων κακῶν πελαγείοις χειμῶσιν εἰκάζει.

TRANSLATIO LATINA.

Mitylenaeum quoque poetam Lyricum multis in locis uſum allegoriis conſtat. Similiter enim ut ille, tempeſtuoſo mari tyrannicum ſtatum comparat;

En aſperum ventorum
　　Mariſque ſtatum conciti;
Fluctus feruntur hinc et hinc.
　　Nos puppis in médio vehit
Graviſque tempeſtas premit
　　Iam corruit in ſentinam
Cui malus alligatur,
　　Lignum, laceraque vela ſunt,
Et anchorae laxatae.

Quis non ſtatim his verbis ſignificari coniiceret periculum in mari navigantium, cum omnia apparentis circa mare tempeſtatis imaginationem repraeſentent. Verum res non ita habet, ſed Myrſilus eſt, qui denotatur, et ſtatus tyrannicus contra Mitylenaeos excitatus. Quin et alibi eadem de Myrſilo innuens ſimiliter fere ſcribit:

Hic

Hic fluctus velut aestuans
Rempublicam pristinam
Funditus obruit omnem,
Et nobis haurienda
Est sentina malorum,
Quae plurima intrat navim.

Sic insulanus ille poeta ad satietatem usque in allegoriis a mari sumtis versatur, et plurima malorum, quas a tyrannis inferuntur, pelagiis tempestatibus confert.

Ad verba τὰς γὰρ τυραννικὰς ἐξασίας χειμερίῳ προσεικάζει καταςήματι θαλάσσης, ἀσυνέτην καὶ τῶν ἀνέμων ςάσιν, N. Schow in commentat. critica Sect. III. pag. 249. haec adiecit: τὰς γὰρ τυραννικὰς ἐξασίας: aut haec lectio est ex Galei emendatione, aut ex lectione codicis, quo utebatur: ipse certe nullam eiusdem rationem dedit. Legitur in editione Gesneri: τὰς γὰρ τυραννικὰς ἐξ ἴσου. Sensus postulat, ut scribatur: τὰς γὰρ τυραννίδας ἐξ ἴσου — pari modo imperia seu tyrannorum fortunas cum tempestate comparat. Illud ἐξ ἴσȣ frequenter ab Heraclide adhibitum est; exempla sunt p. 23 73 85. 157. ἀςυνέτην καὶ τῶν ἀνέμων ςάσιν. Quid his verbis faciam, non video. Si vel maxime in tertio casu legas: ἀσυνέτῃ καὶ τῶν ἀνέμων ςασει. Videtur tamen ἀσυνέτῃ minus accomodatum esse.

Ad verba:

τὸ

Τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται
τὸ δ' ἔνθεν· ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσον ναὶ
φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ.
χειμῶνι μοχθεντες μεγάλῳ καλὰν
παρὰ μὲν γὰρ ἄντλος ἰσοπέδαν ἔχει
λαῖφος δὲ πᾶν ζάδηλον ἤδη·
Καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτά
χολᾶισι δ' ἄγκυραι.

Exſtant hi verſus Alcaei, in quibus multa adhuc obſcura aut corrupta ſunt, etiam in Fulvii Urſini carm. poet. lyric. p. 102 pro μεγάλῳ καλὰν legitur ibi μεγάλῳ κάλα. pro χολαῖσι, χαλᾶσι. Ad Heraclidis textum eos recenſuit Henricus Stephanus in fragm. lyric poet. pag. 17. pro ζάδηλον tamen habet ἀδήλαν. Καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτὸ (ſc. τὸ λαῖφος) *ſciſſuris magnis vela dilacerantur.* λακίδες apud Heſychium ſunt: τὰ λεπτὰ τῶν ἀρμένων σχίσματα. At χολαῖσι eſt vitioſa lectio; habent Stephanus et Urſinus χαλᾶσι, quod Aeolice dictum pro χαλῶσι, ſcil. χαλῶσι δ' ἄγκυραι, *ſeſe relaxant vel remittunt anchorae e fundo maris, cui antea infixae erant.* Tandem illa verba: καλὰν παρὰ μὲν γὰρ ἄντλος ἰσοπέδαν ἔχει. ſunt admodum obſcura. Pro καλὰν Urſinus, ut modo dixi, habet κάλα, Heſych. et Suid. κάλα· τὰ ξύλα h. l. trabes navis, ſed

ſed vocem hanc metrum reſpuit. Videri poteſt latere vox *κάλως* ſ. *κάλος rudens*. At latet aliud vitium in *παρὰ μὲν γὰρ* vel *πὰρ μὲν γὰρ*, ut Vrſinus metri cauſſa legit, cui mederi nequeo. Τὸν ἄντλον interdum a poetis pro *θάλασσα* vel *πόντος* adhiberi, V. V. D. D. ad Heſychium in h. v. multis exemplis probarunt; ſic in Euripidis Hecuba v. 1025. *ἄντλον ἀλίμενον* ſcholiaſtes expoſuit per *τὸ πέλαγος ἀλίμενον*. *ἱςοπέδη* a Lexicographis ſecundum Euſtathium ita conſtituitur: *τόπος, ἐν ᾧ τίθεται ὁ ἱςὸς, ἢ ξύλον ὀρθὸν, ᾧ προςδέδεται ὁ ἱςός*: Sic hoc loco *ἱςόπεδη* poetica ratione adhibitum eſt pro *ἱςὸς*, molus ipſe *ἄντλος ἱςοπέδαν ἔχει* eo ducit, ut ſenſus ſit, in mare malum decidiſſe. Aliam rationem iniiſſe video Virum celeb. Valkenaer ad Ammonium p. 114. ut legat. *κοίλαν πὰρ μὲν γὰρ ἄντλος ἱςοπέδαν ἔχει*, ut iſta ſit. *ἄντλος παρέχει κοίλαν ἱςοπέδην*. Ceterum fragmentum hoc Alcæi expreſſit Horat. Carm. lib. I. 14.

DIO-

DIONYSIUS HALICARNASSENSIS

Antiqq. Roman. libr. V. pag. 1022 edit. Reisk.

Ὁ γὰρ Αἰσυμνῆται καλούμενοι παρ' Ἕλλησι τὸ ἀρχαῖον, ὡς ἐν τοῖς περὶ βασιλείας ἱϛορεῖ Θεόφραϛος, αἱρετοί τινες ἦσαν τύραννοι. ᾑροῦντο δ' αὐτοὺς αἱ πόλεις, οὔτ' εἰς ἀόριϛον χρόνον, οὔτε συνεχῶς ἀλλὰ πρὸς τοὺς καιροὺς, ὁπότε δόξειε συμφέρειν, καὶ εἰς πόσον χρόνον ὥσπερ καὶ Μιτυληναῖοί ποτε Πιττακὸν πρὸς τοὺς φυγάδας τοὺς περὶ Ἀλκαῖον τὸν ποιητήν.

LATINE.

Qui enim olim apud Graecos αἰσυμνῆται vocabantur (ut Theophraſtus ſcribit in libris de Regno) erant tyranni quidam electi. Eligebantur autem a civitatibus pro ratione temporum, non in infinitum nec continuum; ſed pro tempeſtate, qua id expedire videbatur, et ad certum temporis ſpatium, ſicut Mitylenaei quondam elegerunt Pittacum adverſus exſules Alcaei poetae ſocios.

Animad-

Animadversiones in textum graecum.

Οἱ μὲν γὰρ αἰσυμνῆται καλέμενοι παρ Ἕλλησι τὸ ἀρχαῖον, ὡς ἐν τοῖς περὶ βασιλείας ἱςορεῖ Θεόφραςος, αἱρετοί τινες ἦσαν τύραννοι.] Antiquiſſima fuit ἀσυμνῆτων apud Graecos appellatio: traditque Scholiaſtes Sophoclis ex Ariſtotelis πολιτείᾳ Κυμαίων, ſic fuiſſe quondam graece appellatos, qui poſtea τύραννοι ſunt dicti, quod plane confirmant antiqiſſimorum auctorum χρεῖαι. Nam ita Thales ſcribit ad Solonem εἰ δ' ἀσχαλήσεις ὅτι καὶ Μιλήσιοι τυραννεόμεθα, ἐχθαίρεις γὰρ πάντας αἰσυμνήτας. et ita quoque Thraſybulus in celebri epiſtola ad Periandrum Corinthi tyrannum, (cuius tyrannis fuiſſe ex διαδοχῆς et πατροπαράδοτος videtur, non αἱρετή) ἦν γ' ἐθέλῃς (inquit) καρτύνασθαι τὴν αἰσυμνητείην. et mox, ὕποπτος ἀνδρὶ αἰσυμνήτῃ καὶ τῶν τὶς ἑταίρων. Apud Homerum notum eſt ita appellari, qui ab aliis βραβευταὶ τῶν ἀγώνων nuncupantur. Mirum vero, quantum ſe faligent grammatici in etymo vocis huius inquirendo.

Mitto Homeri interpretes. In Etymologico autem magno ita ſcriptum eſt: Αἰσυμνητὴρ, ὁ βασιλεὺς ὁ τὸ καθῆκον ὑμνῶν καὶ σέβων. ἢ αἰσυμενετηρ, ὁ ἐν τῷ καθήκοντι μένων. οἱ δὲ, παρὰ τὸ αἰσυμνᾷν ὅ ἐςι τὸ αἰσίων μνήμην ποιεῖσθαι.

θαι. ἢ ὁ αἰσιομήτης ὁ αἴσια βȣλευόμενος. ὁ γᾶρ τύραννος τȣ̓ναντίον. Sciendum vero Theophraſtum, quem Dionyſius [ἐν τοῖς περὶ βασιλείας quorum meminit Plutarchus in Themiſtocle] laudat, totum iſtum locum qui hic refertur a ſuo præceptore eſſe mutuatum. Ecce enim tibi eadem Ariſtotelis verba πολιτ. libr. III. cap. 10. quod eſt de quatuor regni formis. Ἕτερον δ' ὅπερ ἦν ἐν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν ȣ̓ς καλȣ̃σίν αἰσυμνήτας. ἔςι δὲ τȣ̃θ' ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, αἱρετὴ τυραννίς, διαφέρȣσα δὲ τῆς βαρβαρικῆς, οὐ τῷ μὴ κατὰ νόμον ἀλλὰ τῷ μὴ πάτριος εἶναι μόνον. Caſaub. Plura de αἰσυμνήταις vide in Meurſii notis ad Helladii Chreſtom. p. 69. Ἡρȣ̃ντο δὲ αὐτȣ̀ς κατὰ καιρȣ̀ς αἱ πόλεις ȣ̓́τε ἀόριςον χρόνον, ȣ̓́τε συνεχῶς, ἀλλὰ πρὸς τȣ̀ς καιρȣ̀ς] Paullo aliter Ariſtoteles, ἦρχον δὲ οἱ μὲν διὰ βίȣ τὴν ἀρχὴν ταύτην, οἱ δὲ μέχρι τινῶν ὡρισμένων χρόνων ἢ πράξεων. Caſaub.

Deſiderantur in Vat. et Lapi Codd. duo vocabula κατὰ καιρȣ̀ς in vulgatis hic redundantia atque rectius forſan abeſſe poſſunt.

ἀορίςον] Ita Codd. MSS. Perperam ante in Ed. Stephani ἄριςον.

Ὁπότε] Et πόσον retineri poteſt et ποσὸν admitti Sylb. ὁπόσον χρόνον in Cod. Vat.

Ὥσπερ καὶ Μιτυληναῖοί ποτε εἵλοντο Πιττακὸν πρὸς τȣ̀ς φυγάδας τȣ̀ς περὶ Ἀλκαῖον τὸν ποιητὴν]

τὴν] Haec quoque omnia Theophraſtus ex ſuo praeceptore habet: Sequitur enim apud Ariſtoteles οἷον εἵλοντό ποτε Μιτυληναῖοι, Πιττακὸν πρός τὰς Φυγάδας, ὧν προειςήκεισαν Ἀντιμενίδης καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητής. Vide reliqua. Caſaub.

Idem in libro περὶ συνθέσεως ὀνομάτων ſ. de compoſitione verborum in vol. V. operum Dionyſii pag. 131 edit. Reiſk.

Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι μελοποιοὶ λέγω δ' Ἀλκαῖόν τε καὶ Σαπφὼ, μικρὰς ἐποιοῦντο Στροφάς. ὥστε ἐν ὀλίγοις τοῖς κώλοις οὐ πολλὰς εἰσῆγον τὰς μεταβολὰς, Ἐπῳδοῖς τε πάνυ ἐχρῶντο ὀλίγοις. a)

LATINE.

Et quidem veteres Lyrici, Alcaeum dico et Sapphó parvas fuerunt ſtrophas; ita ut in paucis membris non crebras mutationes induxerint, atque Epodis uſi fuerint breviſſimis.

a) Rectius ὀλίγαις Sylb.

Idem

Idem in eodem libro pag. 187.

Κορυφὴ μὲν ὗν ἁπάντων καὶ σκοπὸς a), ἐξ ὗ· πως πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσαι θάλασσαι καὶ πᾶσαι κρῆναι, δικαίως ἂν Ὅμηρος λέγοιτο. πᾶς γὰρ αὐτῷ τόπος, ὗ τις ἂν ἅψηται, ταῖς τ' αὐςηραῖς καὶ ταῖς γλαφυραῖς ἁρμονίαις εἰς ἄκρον διαπεποίκιλται. τῶν δ' ἄλλων, ὅσοι τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ μεσότητα ἐπετήθευσαν, b') ὕςερον μὲν ἐκεῖνοι μακρῷ παρ' Ὅμηρον ἐξεταζόμενοι φαίνοιντ' ἄν· καθ' ἑαυτὲς δ' ει θεωροίη τις αὐτὲς αξιοθέατοι. μελοποιῶν μὲν, Στησίχορός τε καὶ Αλκαῖος. τραγῳδοποιῶν δε Σοφοκλῆς, συγγραφέων τε, Ἡρόδοτος. ῥητόρων δὲ, Δημοσθένης φιλοσόφων δε, κατ' ἐμὴν δόξαν, Δημόκριτός τε καὶ Πλάτων καὶ Αριςοτέλης. τέτων γὰρ

ἑτέρες

a) Videtur alludere ad verba Homeri Il. Φ. v. 196. Hac de re vide Dionysium Longinum §. 13. Vpt. ἐξ ὖ περ Colb.

b) Fortasse rectius ὕςεροι. Sylb. atque ita Colb. Vulgatam lectionem retineri debere censet Vptonus, participio οντες subaudito.

ἑτέρους εὑρεῖν ἀμήχανον ἄμεινον κεράσαντας τοὺς λόγους.

LATINE.

Caput vero omnium et ſcopus, ex quo utique omnes fluvii et totum mare et omnes fontes profluunt, iure optimo dicendus eſt Homerus. Omnis enim, quemcunque in eo locum attigeris auſtero politoque ſtructurae genere ſumma perfectione variatur et diſtinguitur. Alii autem, in eodem quotquot mediocri genere elaborarunt, ſi cum Homero omnes collati examinantur, nullo inferiores apparebunt; quos tamen per ſe ſi quis expendat, dignos, qui ſint in admiratione iudicabit. Inter Lyricos Steſichorus et Alcaeus: inter Tragicos Sophocles; inter hiſtoricos Herodotus: inter oratores Demoſthenes: inter philoſophos, mea quidem ſententia, Democritus et Plato et Ariſtoteles neque enim alios reperias, qui conſtructione meliori orationem temperaverint.

Idem

Idem in libro de priscis scriptoribus pag. 421. Vol. V. edit. Reisk.

'Αλκαῖος.

Ἀλκαίου δὲ σκόπει τὸ μεγαλοφυὲς καὶ βραχύ, καὶ ἡδὺ a) μετὰ δεινότητος, ἔτι δὲ καὶ τοὺς σχηματισμοὺς, μετὰ σαφηνείας, ὅσον αὐτῆς μὴ τῇ διαλέκτῳ τι κεκάκωται. καὶ πρὸ ἁπάντων τὸ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων b) ἦθος πολλαχοῦ γοῦν τὸ μέτρον τις εἰ περιέλοι ῥητορικὴν ἂν εὕροι πολιτείαν. c)

LATINE.

ALCAEUS.

Alcaei vero considera magnificentiam brevitatem ac suavitatem, acrimonia et gravitate conditam

a) Scriptus *Amasaei* liber habet καὶ τὰς σαφηνείας, minus convenienter; et mox corrupte στῇ διαλέκτῳ.

b) Illud ἦθος abest ab eodem libro. Ibidem mox fortasse inverso verborum ordine legendum πολιτικὴν ἂν εὕροι ῥητορείαν. Sylb.

c) *Fabius:* Multum etiam moribus confert. in eloquendo quoque brevis, et magnificus et diligens.

ditam, praeterea configurationes perspicuitate temperatas, nisi quantum eam proprietas linguae vitiat; tum inprimis mores rebus civilibus accommodatus. Saepe sane, si versum detraxeris, forensem invenies orationem.

STRABO.

In Geographia edit. Almeloveen. libr. I. pag. 63.

Τὸ δὲ πλείοσι ϛόμασιν ἐκδιδόναι κοινὸν καὶ πλειόνων· ὥϛε οὐκ ἄξιον μνήμης ὑπέλαβε καὶ ταῦτα πρὸς εἰδότας· καθάπερ οὐδ' Ἀλκαῖος, a) καί τοι φήσας ἀφῖχθαι καὶ αὐτὸς εἰς Αἴγυπτον.

Idem libr. IX. pag. 630.

Ἡ μὲν οὖν Κορώνεια ἐγγὺς τῦ Ἑλικῶνος ἐϛὶν ἐφ' ὕψυς ἱδρυμένη· κατελάβοντο δ' αὐτὴν ἐπανιόν-

a) Καίτοι φήσας ἀφῖχθαι] Alcaeus odio tyrannidis aut potius a tyrannis pulsus Lesbo insula cessit: videtur autem tunc venisse in Aegyptum: atque hanc navigationem suam ipse carminibus descripserat, ut docent nos Grammatici. Xyland.

ἐπανιόντες ἐκ τῆς Θετταλικῆς Ἀρνης οἱ Βοιωτοὶ μετὰ τὰ Τρωϊκὰ, ὅτε περ καὶ τὸν Ὀρχομενὸν ἴσχον· κρατήσαντες δὲ τῆς Κορωνείας ἐν τῷ πρὸ αὐτῆς πεδίῳ, το τῆς Ἰωνίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρύσαντο, ὁμώνυμον τῷ Θετταλικῷ καὶ τον παραῤῥέοντα ποταμὸν Κυάριον προσηγόρευσαν, ὁμοφωνῶς τῷ ἐκεῖ. Ἀλκαῖος δὲ καλεῖ Κωράλιον, λέγων·

Ἀσσ' Ἀθάνα ἀπολε . . . . . .
Ἀπὸ Κορωνείας ἐπὶ δεῦ . . . .
Πάροιδεν ἀμφὶ Κωραλίῳ ποταμῶ παρ ὄχθαις.

Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὰ Παμβοιώτια συνετέλουν.

Τὸ τῆς Ἰωνίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρύσαντο] Legendum esse Ἰτωνίας certissimum est Scholiastes Apollonii in libr. pr. Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἐςὶν ἱερὸν ἐν Κορωνείᾳ τῆς Βοιωτίας: Ita et de Thessalico Minervae Itoniae delubro (cui istud in Boeotia esse ὁμώνυμον ait Strabo) scribitur. Pausanias IX. c. 34. Πρὶν δὲ ἐς Κυρώνειαν ἐξ Ἀλαλκομενῶν ἀφικέσθαι, τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἐςὶ τὸ ἱερόν καλεῖται δὲ ἀπὸ Ἰτωνίε τῆ Ἀμφικτύονος καὶ ἐς τὸν κοινὸν συνίασιν ἐνταῦθα οἱ Βοιωτοὶ συλλε-

σύλλογον. Antequam Coroneam ab Alalcomenis venias, Minervae Itoniae templum videas. Cognominis auctor fuit Itonus Amphictyonis filius. Huc ad commune concilium conveniunt Boeoti: Meminere et alii multi huius rei, ut ab aliis est observatum. Casaub.

Καὶ τὸν παραῤῥέοντα ποταμὸν Κουρίαριον, Ἀλκαῖος δὲ καλεῖ Κωράλιον. Fluvium Cuarium nominaverunt. Alcaeus Coralium vocat.) Lego cum eodem Strabone infra pag. 438. Κεράλιον, nam ibi Thessalicum fluvium sic nominat, cui cognominem hunc, de quo hic agitur, facit. Sed et Callimachus Hymno in Palladis lavacra, hoc eodem sic ait:

Ἢ πὶ Κορωνείας ἵνα οἱ τεθυομένον ἄλσος,
Καὶ βωμοὶ ποταμῷ κεῖντ' ἐπὶ Κεραλίῳ.

Vel ad Coroniam, ubi tibi odoribus refertum lacus,
Et altaria sunt ad fluvium Curalium.

Sed et in Alcaei manuscripto, ut testatur Casaubonus Κεραλίῳ legitur. Palmer.

Ἀλκαῖος δὲ καλεῖ] Parum recte, ut mox subdit. Nam Curalius est in Thessalia: qui tamen similiter, ut hic Boeoticus Cuarius, Ithoniae Miner-

Minervae templum praeterfluit. Vide infra in Theſſalicis. Porro, Alcaeo Callimachus patrocinatur, Κουράλιον hunc fluvium vocans, hymno in Palladis lavacra, vſ. 61.

Ἠ πὶ Κορωνείας, ἵνα οἱ τεθυομένον ἄλσος,
Καὶ βωμοὶ ποταμῷ κεῖντ' ἐπὶ Κουραλίῳ.

Aut Coroneam, inquam, ubi ei odoribus flagrans nemus
Et arae fluvio adiacent Curalio. Caſaub.

Τὰ Παμβοιώτια συνετέλουν] Euſtathius hunc locum proferens explicat, quid ſint Παμβοιώτια. Sic ille, Ὅρα δὲ τὸ Παμβοιώτια· ἑορτὴ γὰρ ἦν κοινὴ πάντων Βοιωτῶν ὥσπερ καὶ ἡ τῶν Ἰώνων πάντων Πανιώνια, ὅμοιον, καὶ τὸ Παναθήναια. ἐξ Ὁμήρου δὲ τῶν τοιούτων ἡ ἀρχή, εἰπόντος παναχαιοί. Idem.

LATINE.

Coronea ſita eſt edito loco prope Heliconem. Eam occupaverunt Boeoti poſt bellum Trojanum revertentes ab Arna Theſſalica, quando etiam Orchomenum obtinuerunt: et potiti Coronea, in campo ante ipſam Ioniae Minervae fanum eiusdem cum Theſſalico nominis condiderunt, fluvium-

fluviumque a Thessalico Cuarium nominaverunt: Alcaeus Coralium vocat, his verbis:

Quae Minervae . . . . .
A Coronea in sec . . . . . .
Ante, in ripa Coralii fluminis.

Ibi Pamboeotia agebantur, solemnis universorum Boeotorum festivitas.

Idem in libr. IX. pag. 633.

Οὐκ εὖ δὲ Ἀλκαῖος ὥσπερ τὸ τοῦ ποταμοῦ ὄνομα ὡς μικρὸν ἀνωτέρω εἴρηται, παρέτρεψε τοῦ Κουαρίου· οὕτω καὶ τοῦ Ὀγχεστοῦ κατέψευσται πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τοῦ Ἑλικῶνος αὐτὸν τιθείς· ὃ δ' ἐστὶν ἄπωθεν ἱκανῶς τούτου τοῦ ὄρους.

LATINE.

Male Alcaeus, qui sicut paulo ante diximus, Guarii amnis nomen cum mutavisset, etiam de Onchesto mentitus est, in extremis eum ponens Heliconis partibus: cum satis magno absit ab hoc monte spatio.

Idem

Idem in libr. XIII. pag. 903.

Τὴν δὲ Ἄντανδρον Ἀλκαῖος μεν καλεῖ Λελεγῶν πόλιν·

Πρῶτα μὲν καὶ Ἄντανδρος Λελεγῶν πόλις.

LATINE.

Antandrum certe Alcaeus Lelegum urbem vocat:

Principio Antandrus Lelegum urbs est.

Idem in Libr. XIII. pag. 895.

a) Πιττακὸς δὲ ὁ Μιτυληναῖος εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν λεγομένων, πλεύσας ἐπὶ τον φρύνωνα

a) Πίτταϰος δ' ὁ Μιτυληναῖος] Copiose narrant hanc historiam Laertius in vita Pittaci et Polyaenus Strat. IV. c. 3. §. 21. et Herodotus Libr. V. meminere autem multi. *Casaub.* Narrat etiam Isidorus Pelusiota Lib. V. Epist. 6. sed non uno vitio corruptus. Φασὶν γὰρ ὡς Πιττακὸς λαβὼν τὴν ἀρχὴν παρὰ Μιτυληναίων, νενικηκὼς Φρονωνα μονομαχίᾳ τὸν ἄρχοντα Σιγείω, ἀπεδίδου τὴν ἀρχήν. Ita locus legendus, quod ex parte monuit Schottus et ex hisce perspicuum est;

φρύνωνα ϛρατηγὸν διεπολέμει τέως διατιθεὶς, καὶ πάσχων κακῶς· b) ὅτε καὶ Ἀλκαῖος φησὶν ὁ ποιητὴς, ἔν τινι ἀγῶνι κακῶς φερόμενον ἑαυτὸν, τὰ ὅπλα ῥίψαντα φυγεῖν. λέγει

est; sed forte Isidorus incidit in corruptos codices, a quibus deceptus est. Ita hic in Ald. legitur σήγειον, et mox ἐπὶ τὸν Φρύωνα. Adde Suidas in v. Πιττακός. *Scherpenzelius.*

b) Vulgo ὅ, τε καί.

Ὅϛε καὶ Ἀλκαῖος φησὶ ὁ ποιητὴς] Similis locus apud Herodotum, qui de bello isto loquens, quod fuit inter Mitylenaeos et Athenienses, sic ait libr. V. c. 95. Πολεμεόντων δὲ σφεων, καὶ ἄλλα πολλὰ παντοῖα ἐγένετο τῇσι μάχῃσι, ἐν δὲ δὴ Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς συμβολῆς γενομένης, καὶ νικώντων Ἀθηναίων, αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει, τὰ δὲ οἱ ὅπλα ἴσχουσιν Ἀθηναῖοι, καὶ σφέα ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον τὸ ἐν Σιγείῳ i. e. His assidue bellantibus, cum alia praeliis gesta sunt, tum illud, quod Alcaeus poeta in proelio, quod collatis signis gerebatur, vicentibus Atheniensibus, ipse quidem fugae se mandans evasit, sed armis eius potiti sunt, Athenienses, quae apud templum Minervae in Sigeo suspenderunt. Cas.

λέγει δὲ πρός τινα κήρυκα c) κελεύσας ἀγγεῖλαι, d) τοῖς ἐν οἴκῳ e) Ἀλκαῖος σῶος ἄροι

c) Vulgo κελεῦσαι.

d) Τοῖς ἐν οἴκῳ] Melanippo praesertim amico suo, ut subiicit Herodotus lib. V. c. 95. Casaub.

e) Ἀλκαῖος σῶος ἄροι] Lego Ἀλκαῖος ὡς σῶος ἄροι. Id.

f) Οὐκ αὐτὸν τὸν ἀληκτοριν] ἀλήκτορις quid sit nescio. ἀλκτήριον quidem non male hic conveniret. An ἀλεκτορίν galeam, quae λόφον habebat, ut gallinae suam λοίφιαν habent. Idem.

Τὰ ὅπλα ῥίψαντα.] Locus misere est depravatus. Rei mentio extat apud Herodotum τετριχόρη et eius (arbitror) non iniquum ea in narratione censuram Plutarchus περὶ Ἡροδότου κακοηθείας. Phrynonem a Pittaco fuisse interemptum retiaria astutia, id sane liquet etiam e Diogene Laërtio, Suida, aliis. Alcaei versus emendare non sum aggressus, ne coniecturas venditarem, et de re non magna magnos ronchos experirer. Xyland.

ἄ϶οι ἔνθα δ' f) οὐκ αὐτὸν τὸν ἀλήκτο϶ιν g) ἐς Γλαυκῶπον ἱε϶ὸν ἐκ϶έμασαν Ἀττικοί.

LATINE.

Pittacus autem Mitylenaeus, unus de ſeptem ſapientibus, cum claſſe adverſus Phrynonem profectus, bellum alternante in utramque partem fortuna aliquandiu geſſit; atque Alcaeus poeta ait, ſe in quadam pugna male acceptum, abiectis armis fuga ſibi conſuluiſſe, idque ad praeconem quendam mandaſſe, ut domi narraret, ſe quidem ſalvum eſſe, caeterum amiſſo clypeo, quem Athenienſes dedicaverint Glaucopidi (caeſiae) Minervae, inque eius fano ſuſpenderint.

Idem Libr. XIII. pag. 917. edit Almelov.

Ἄνδ϶ας δὲ ἔσχεν (nimirum ἡ *Μιτυλήνη*) *ἐνδόξους τὸ παλαιὸν μὲν Πιττακὸν ἕνα τῶν ἑπτὰ*

g) *Ἐς γλαύκωπον ἱε϶ὸν ἐκ϶έμασαν*] Lego, *ὃν ἐκ϶.* Glaucopum vocat Minervae templum in Sigeo illi exſtructum, ut etiam ex Herodoto libr. V. c. 95. apparet. Caſ. Unde autem Minerva *γλαυκῶπις* dicta ſit, inquirit Caſaubonus Lib. VII. pag. 299. et Lilius. Gr. Gyraldus hiſtor. Deor. Syntagma XI. pag. 343. edit. Leyd.

ἑπτὰ σοφῶν, καὶ τὸν ποιητὴν Ἀλκαῖον, καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀντιμενίδαν, ὅν φησὶν Ἀλκαῖος Βαβυλωνίοις συμμαχῦντα, τελέσαι μέγαν ἆθλον, καὶ ἐκ πόνων αὐτὰς ῥύσασθαι κτείνοντα ἄνδρα μαχαίταν, ὥς φησι βασιλήων παλαιςὰν ἀπολιπόντα μόνον ἀνίαντ᾿, ἀχέων ἀποπέμπων.

LATINE.

Viros tulit praeclaros, quondam Pittacum unum de VII. sapientibus, et Alcaeum poetam, cuius fratrem Antimenidam; hunc Alcaeus scribit, auxilio in pugna Babyloniis venisse, magnumque confecisse certamen, eosque e difficultatibus liberasse, occisso vero Machaeta pugnace, ut ait, regum luctatorem relinquentem solum, et molestiam dolorum amolitum esse.

Idem libr. XIIII. pag. 976.

Τοῦ δὲ περὶ τα ςρατιώτικα ζήλου a) τά τε ὄχανα ποιῦνται τεκμήρια, καὶ τὰ ἐπίσημα,

a) τά τε ὄχανα ποιοῦνται τεκμήρια καὶ τὰ ἐπίσημα καὶ τοὺς λόφους] Herodotus id prius dixerat,

ἐπίσημα, καὶ τοὺς λόφους· ἅπαντα μὲν γὰρ λέγεται Καρικά. Ἀνακρέων μέν γε φησίν,

Διὰ δεῦτε Καρικὸν εὐεργέος ὀχάνου
Χεῖρα τιθέμεναι.

Ὁ δ' Ἀλκαῖος,

Λόφον τε σείων Καρικόν.

LATINE.

Studii rerum bellicarum argumenta adducunt scutorum ansas, insignia et cristas: quae omnia dicuntur Carica. Anacreon quidem ait;

Inserare manum Caricae ansæ bene fabricatae.
Alcaeus autem:
Cristam quassans Caricam.

---

dixerat, quem vide libr. I. Plinius lib VII. cap. 56. Quae quis invenerit. Galeam, gladium, hastam, Lacedaemonii, ocreas et cristas Cares. Idem.

PLU-

PLUTARCHUS.

In libro de morali virtute.

Ἀιδὼς δισσαί εισιν, ἡ μὲν οὐ κακὴ, ἡ δ' ἄχθος οἴκων.

LATINE.

Pudor duplex est, alter quidem non malus, alter autem familiarum onus.

Idem in Sympos. libr. III.

Μαρτυρεῖ δ' Ἀλκαῖος, κελεύων καταχέαι τὸ μύρον κατὰ τὰς πολλὰ παθοίσας κεφαλᾶς, καὶ τῶ πολιῶ στήθεος.

LATINE.

Testatur autem Alcaeus, jubens infundere unguentum capiti multa passo et cano pectori.

Idem in libro de cupididate divitiarum, s. in libr. περὶ φιλοπλουτίας.

Χάριεν γὰρ ἅμα ταῖς ἡδοναῖς συνεκλιπεῖν τὰς ἐπιθυμίας, ἃς μήτε ἄνδρα φησὶν Ἀλκαῖος διαφυγεῖν, μήποτε γυναῖκα.

LATINE.

LATINE.

Pulcrum est enim una cum voluptatibus simul deficere cupiditates, quas neque virum, neque mulierem effugisse, dicit Alcaeus.

HEPHAESTIO.

In Enchridio de metris et poemate pag. 74. ed. Pauw.

Ὁ καὶ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ποιήματων καὶ μονοςρόφικον γίνεται, Σάπφυς τε καὶ Ανακρεώντος, καὶ Ἀλκαίυ, ἰδιῶς κατὰ μὲν τῆν Ἀριςοφάνειον ἔκδοσιν ὁ ἀςέρισκος ἐπὶ ἑτερομέτριας ἐτιθήτο μόνης· κατὰ δὲ τὸν Ἀριςάρχειον, καὶ ἐπὶ ποιημάτων μεταβόλη.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ἦρ ἔτι Δινομένει τῷ τυῤῥακίῳ τάρμενα λαμπρὰ κέατ' μυρσινήῳ.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Κύκνου δὲ πρῶτα πρὸς δόμυς ἐλήλυμεν
Τοιῦδε φωτὸς πρὸς δόμους ἐλήλυτε.

Παρὰ

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ἐμὲ δεῖλαν, ἐμὲ πασᾶν κακοτάτον πὸδ' ἔχουσαν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Δέξαι με κωμάζοντα, δέξαι, λίσσομαί σε, λίσσομαι.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Νύμφαις ταῖς Διὸς ἐξ αἰγιόχω φασὶ τετυγμέναις.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Κρονίδα βασιλῆος γένος
Αἴαν τὸν ἄριϛον ποδ' Ἀχιλλέα.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ἐκ μ' ἐλάσσας ἀλγέων Ἐκ ῥ ἀσαμίνθου βάντες.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Χαῖρε Κυλλάνας ὁ μέδον. σὲ γάρ μοι.

Ἦλθες ἐκ περάτων γᾶς ἐλεφαντίναν
Λαβὰν τῶ ξίφεος χρυσοδέταν ἔχων.

LATINE.

Venisti ex finibus terrae, eburneum
Manubrium ensis auro revinctum habens.

PAUSANIAS.

In Achaic. pag. 574. edit. KUHN.

Βοσὶν γὰρ χαίρειν μάλιστα Ἀπόλλωνα Ἀλκαῖος δ' ἐδήλησεν ἐν ὕμνῳ τῷ εἰς Ἑρμῆν γράψας. Καὶ ἔτι πρότερον ἢ Ἀλκαίου γενέσθαι τί ἐποιημένην Ὁμήρῳ. βοῦς Ἀπόλλωνα Λαομέδοντος ἐπὶ μίσθῳ νέμειν.

LATINE.

Delectatum vero bobus in hymno, quem in Herculem fecit, docet Alcaeus, boves surreptos Apollinis a Mercurio memorans; sed ante Alcaeum versibus prodidit suis Homerus certa mercede Laomedontis armenta Apollinem pavisse.

Idem in Phocic. pag. 817. edit. KUHN.

Τοῦτο ἐποίησε καὶ Ἀλκαῖος ἐν προοιμίῳ τῷ εἰς Ἀπόλλωνα.

LATI-

LATINE.

Hoc Alcaeus quoque versibus mandavit in hymno quodam suorum in Appollinem versuum.

MAXIMUS TYRIUS.

Diss. XXI.

Εἰ συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν τὰ ἐγκύκλια μαθήματα.

Δεινὴ καὶ πολιτείας ἦθος κεράσαι τῷ μέτρῳ. οὕτω βοιωτοὺς τοὺς ἀγροίκους αὐλὸς ἐπιτηδευόμενος ἡμέρωσε, καὶ ποιητὴς Πίνδαρος συνῳδὸς τῷ αὐλῷ. Καὶ σπαρτιάτας ἤγειρε τὰ Τυρταίου ἔπη, καὶ Ἀργείους τὰ Τελεσίλλης μέλη, καὶ Λεσβίους ἡ Ἀλκαίου ᾠδή. κ. τ. λ.

INTERPRETATIO LATINA.

Huius praecipuum quoque opus est, modulatione sua apte rem publicam temperare. Ita agrestes Boeotorum mores tibiae studium, tibiaeque aptatum Pindari carmen mitigavit. Sic Tyrtaei numeri Spartanos, Argivos Telesillae modi, Lesbios Alcaei cantus excitarunt.

ATHENAEUS.

Deipnosophistarum libr. I. pag. 84 et 85. edit. SCHWEIGHAEUSERI.

Καὶ Μνησίθεος δὲ Ἀθηναῖος, Διόνυσον ἰατρὸν, φησὶ, τὴν Πυθίαν χρῆσαι τιμᾷν Ἀθηναίοις. φησὶ δὲ καὶ Ἀλκαῖος, ὁ Μιτυληναῖος ποιητής·

Οἴνῳ πνεύμονα τέγγε· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται·
Ἡ δ' ὥρη χαλεπή· 1) πάντα δὲ διψᾷ ὑπὸ καύματος.

καὶ ἀλλαχοῦ.

Πίνωμεν, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται. Εὔπολίς τε, τὸν Καλλίαν, φησὶ, ἀναγκάζεσθαι ὑπὸ Πρωταγόρου πίνειν. „ ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμονα ἔκλυτον 2) φορῇ.

LATINE

Scribit vero etiam Mnesitheus Atheniensis, Pythiae responso iussos esse Athenienses, *Bacchum medicum colere.*

1) Rectius alibi, αἱ δ' ὥραι χαλεπαί.

2) Ἔκλυρον corrigunt viri docti ex Plutarch.

solere. Et Alcaeus, Mitylenaeus poeta, ait:

Vino pulmonem riga; oritur canicula:
Grave tempus; sitiunt omnia, aestu torrida.

Et alibi:

Potemus! orta est sicca canicula.

Aitque Eupolis, a Protagora Calliam coactum fuisse bibere, *ut ante exortum caniculae dilutum pulmonem haberet.*

Animadversiones Cl. SCHWEIGHAEUSERI.

Καὶ Μνησίθεος δέ. Ipsos Mnesithei versus vide lib. II. 36.

Οἴνῳ πνεύμονα τέγγε] Sic h. l. libri omnes et Eustath. ad Odyss. ι. pag. 331. 13. infra vero, X. 430. ubi repetuntur isti versus, inverse sic scribitur τέγγε πνεύμονας οἴνῳ. Ibidem dein recte Doricum habes, ἁ δ' ὥρα χαλεπά. Quod ait ἄστρον περιτέλλεται, monuit *Iani* in Commentatione III. de Alcaeo, esse proprie, *circumvolvitur*, id est, *anno exacto et circumvoluto ipsa quoque canicula in orbem circumvoluta redit.* conf. Iliad. β. 551. ὥρα generatim, *anni tempus*, sed sigillatim (ut ex Galeno adnotavit H. Stephanus Thes. Gr. Ling. IV. 792. g.) illud *anni tempus, in cuius medio canicula oritur.* πάντα δὲ διψῶ. Sic Casaubonus edidit. In ed. Ven. et Bas. vero lacuna est,

est, πάντα δὲ δι . . . ὑπὸ καυμ. In nostro Cod b. πάντα δ' εδ . . . ὑπὸ pariter cum lacuna: in cod. a. vero πάντα δ' ἐδίψεν. In quo quid lateat, viderint docti, nam et in altero Athenaei loco, X. 34. rursus διψᾷ non agnoscunt veteres libri, sed δίψαις ibi habent vetustissimæ nostræ membranæ cum ed. Ven.

Εὔπολίς τε] Potueram adjicere nomen fabulæ ἐν Κόλαξι quod, haud dubie adiectum ab Athenaeo, praetermisit suo more Epitomator, declaravit autem Plutarchus, ubi eamdem rem commemoravit, Sympos. VII. 1, itemque Macrobius Saturnal. VII. 15.

Ἵνα πρὸ τοῦ Κυνὸς τὸν πνευμονα ἔκλυτον φορῇ] „ Non capio ista verba. Legerem sic: ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμονα ἄκλυτον ὀυ φορῇ, vel ἄκλυστον, quod idem est: *cogebatur bibere, ne etiam ante caniculam pulmonem omni humore destitutum haberet.* Iuvat quod sequitur, ἡμῖν δ' ὀυ μόνον ὁ πνεύμων ἀπεξήρανται. Res *sicca*, qui possit dici ἔκλυτος, nullus video „ Casaub. Tum *Idem* in addendis, de sua ista emendatione loquens: „ Proba quidem, inquit, sed cassa veri sententia. Nam apud Plutarchum in septimo Symposiacorum cap. I. scriptum ἔκλυρον, quæ vera est lectio. Proprie dicitur ἔκλυρος *nervus ad Lyram ineptus, quod nimio humore madeat.* Poetae generaliter acceperunt de *quacunque re humida*. Hesychi

Hefychius enim explicat ἔνικμον καὶ ὑγρόν. Senfus eft: folitum Protagoram jubere Calliam bibere, ut faltem ante caniculam et Syrii caumata pulmonem haberet humectum. Macrobii libri et noftra etiam antiqua [Athenaei] exemplaria ἔκλυτον, facili errore." Equidem fcripturam iftam, quae apud Plutarchum obtinet, fi quidem commodam admittat interpretationem, hoc ipfo fe commendare intelligo, quod fit dictio rarioris ufus, quae tanto facilius corrumpi aut detorqueri potuerit a librariis. Sed videtur τὸ ἔκλυρον per ipfam illam originationem, quam explicavit Cafaubonus, vix de alia re *humida* poffi dici: nifi de ea, quae *humiditate corrupta* aut certe in praefens *inutilis* facta fit. Quo minus ego, praefertim in Macrobii cum Athenaei libris confenfu, aufus fum iftam fcripturam huc inferre. Nec vero ipfum vocabulum ἔκλυτον frequens admodum eft ea notione, quae hic locum habet: attamen percommode *dilutum* exponi poffe vifum mihi erat. Apud Hefychium vox ἔγχυρον, quae (pariter atque ἔκλυρον) per νοτερὸν et ἔνικμον exponitur, fimul etiam per ἐκλελυμένον redditur, quod idem prorfus ac ἔκλυτον fonat. Paulo inferius I. 24. c. τὸν κόπον λύειν τῇ θαλάττῃ, eft *laffitudinem diluere lavando in mari*: ubi perinde ἐκλύειν dici potuiffet. Vulgatum ἔκλυτον tenuit etiam Grotius Excerpt. pag. 501, qui perfpecte vidit, verbis illis.

Περὶ

Πϱὸ τῦ κυνὸς τὸν πνεύμον' ἔκλυτον, Φοϱῆ iustum contineri Eupolidis senarium: πλεύμονα ἔκλυτον autem mollem pulmonem interpretatus est.

Idem libr. II. pag. 146. 147.

Ἀπὸ τοῦ κατὰ μέθην δὲ καταστήματος καὶ ταύϱῳ παϱεικάζουσιν τὸν Διόνυσον, καὶ παϱδάλει, διὰ τὸ πϱὸς βίαν τϱέπεσθαι τοὺς ἐξοινωθέντας. Ἀλκαῖος.

Ἄλλοτε μὲν μελιαδέος, ἄλλοτε δ' ὀξυτέϱου
Τϱιβόλων ἀϱητύμενοι. 1)

LATINE.

Sed a vultu habituque, quem gerunt ebrii, tauro etiam adsimilant Bacchum, itemque Pantheræ, quoniam ad violentiam concitantur, qui vino se ingurgitarunt: Alcæus:

Alias dulce mellis instar, alias acrius
Tribulis haurientes.

---

1) Fors. ἀϱυτόμενοι.

Animad-

Animadversiones SCHWEIGHAEUSERI ad h. l.

Ἀπὸ τοῦ κατὰ μέθην δὲ καταστήματος καὶ ταύρῳ παρειν. Hinc ταυρωπὸν, id est *taurino vultu instructum* Bacchum vocavit Jon poëta apud Nostrum II. 35. e. Est enim κατάστημα, *habitus*, *vultus*. Vide Simplic. in Enchir. pag. 415 et 444. nostrae edit. collatis Epicteti Dissert. I. 25, 31. et III. 4, 16.

Insequentibus verbis Alcaeus varios effectus vini (ut ait Casaub.) nunc potorem exhilarantis, nunc ad iram provocantis, indicat. Quorum verborum extremum, ἀῤῥητουμένος (sic) efferebatur in ed. Ven. et Bas. Ex quo *Casaub.* sua in edit. ἀῤῥήτου μένος fecit, nihil utique proficiens. Idem dein in Animadv. cum dixisset scriptos Codices ἀρητυμένοι dare, veram lectionem esse ἀρητυμένου pronunciavit, hac sententia, *hausto vino*, *alias dulci mellis instar*, *alias acutiore tribulis et asperiore.* Statuisse igitur videtur verbum ἀρητύω, eiusdem significationis cum ἀρύω et ἀρύτω: quae quidem verbi forma quod alibi nusquam occurrit, recte (si quid video) iudicavit vir doctus, non satis id causae esse, cur a vetustis libris oblatam repudiemus. At, hoc posito, nihilo magis necessarium erat, ut primus casus pluralis numeri cum secundo singularis commu-

commutaretur; nam si *ἀρητύω* est *haurio*, si porro *ἀρητυμένα* sc. *οἴνα* est *hausto vino*; erit *ἀρητύμενοι* (sic enim, non *ἀρητυμένοι* dant nostri codices) in verbo medio, ad normam verborum in *μι* flexo, *haurientes sibi, bibentes:* quod percommode hic stare poterat, subintellecto genitivo partitivo *οἴνου* pro *οἶνον* vel *οἴνου μέρος*. Nec vero dissimulo, vereri me, ne nimiæ sint hæ ambages; ac prope absum, ut recta probem Levinii emendationem *ἀρυτόμενοι*, a Casaubono iuxta cum sua laudatam. *ἀρυτομένα* ad sui libri oram adnotavit Brunck, medium tenens inter Levinum et Casaubonum. Henricus vero Stephanus quid spectarit, cum *ἀῤῥηκτέμενος* ederet (in Addendis ad suam Lyricorum editionem) nulla ratione adsequor. Denique, se suspicatum olim esse, significavit Casaubonus, pertinere ad hunc Alcaei locum illam Hesychii glossam, *Αρηρυγμένου, ἀπηντλημένου.* Gallicus interpres *ἄῤῥητον μένος* legit *mirificam vini virtutem* intelligens: la vertu incompréhensible, ou inexprimable du vin.

Idem libr. III. pag. 335 et 336.

Καλλίας δ' ὁ Μιτυληναῖος ἐν τῷ περὶ τῆς παρ' Ἀλκαίῳ λεπάδος, παρὰ τῷ Ἀλκαίῳ φησὶν εἶναι ᾠδὴν, ἧς ἡ ἀρχή·

Πέτρο·

Πέτρας καὶ πολιᾶς θαλάσσας τέκνον·
ἧς ἐπὶ τέλει γεγράφθαι.

Ἐκ λεπάδων χαυνοις 1) φρένας ἁ
θαλασσία λεπάς.

LATINE.

Callias vero Mitylenaeus, in scriptione de Lepade apud Alcaeum, esse ait apud Alcaeum odem, cuius initium:

Petrae et cani maris progenies:

cuius in fine sic scribi:

E patellis [sive, e *tristitia*] *laxet tibi animum marina patella.*

Animadversiones SCHWEIGHAEUSERI ad h. l. Tom II. p. 74.

In duobus *Alcaei versibus*, qui mox apponuntur, nil mutat noster codex, nisi quod in *priori* versu pro θαλάσσης, quod erat editum, doricam formam θαλάσσας dedit, quamquam et ibi superscripta litera η simul communis forma indicatur. In *posteriori* vers. quod in ed. Cas. 2. ἀθαλασσία scribitur pro ἁ θαλασσία; error est illi

1) Ἐκ λυπᾶν δ' ἰαίνοι σε conj. Cas.

illi editioni proprius: cæterum nil variant libri. Vulgatam, quam tenuimus, lectionem, sic interpretatus erat *Dalech*. *In lepadibus animum recrees o marina lepas:* [ubi intelligi poterat, *animum nobis recrees.*] monueratque in ora, jocum esse ex ambiguo vocis λεπὰς significatu. *Casaubonus* vero: „Quidquid nonnulli muginentur inquit fatendum est, ita scripta haec Ἐκ λεπάδων χαύνοις φρένας etc. sensum nullum habere. Legimus nos, Ἐκ λυπάων δ' ἰαίνοι σε φρένας ἁ θαλ. λεπάς: vel, *ἰαίνοις ὦ θαλ. λεπ.* Optat iucunda omnia amiculæ: in his, *ut lepade marina animum oblectet, ut solent pueri fistula;* vide sequentia Athenæi.“ — Equidem nil definiam. An λυπάων penultima longa, pro λεπάδων, ferat metri ratio, penes artis peritos iudicium esto. Tenendum vulgatum persuadebit fortasse Hipparchi ille versiculus, III, 101 a. ἐν λοπάσιν μ' εὐφραίνει etc. In verbo χαύνοι utique vel terminatio vel accentus certe fuerit mutandus: sed, ipsum verbum cum alio mutare minus necesse esse videtur.

Idem libr. VII. pag. 138. Vol. III. edit. SCHWEIGHAEVSERI.

Ὠνομάσθη δ' ὁ ἰχθὺς (λάβραξ) παρὰ τὴν λαβρότητα. λέγεται δὲ, ὅτι καὶ συνέσει

τῶν

τῶν ἄλλων ἰχθύων διαφέρει, ἐπινοητικὸς ὢν τοῦ διασάζειν ἑαυτόν. διὸ καὶ ὁ κωμῳδιοποιὸς Ἀριςοφάνης φησὶν·

Λάβραξ ὁ πάντων ἰχθύων σοφώτατος·

Ἀλκαῖος δ' ὁ μελοποιὸς, μετέωρον, φησὶν, αὐτὸν νήχεσθαι.

LATINE.

Nomen autem habet a voracitate. Dicunt vero etiam, intelligentia hunc præſtare cæteris piſcibus, ingenioſum certe ad ſe ſervandum. — Quare comicus ARISTOPHANES ait:

Lupus piſcium omnium prudentiſſimus.

ALCÆUS vero lyricus ait:

In ſummis aquis ſuſpenſum eum natare.

Animadverſiones SCHWEIGHAEUSERI in h. l. Tom. IV. pag. 319.

Λάβρακες Lupos interpretatur Plinius. Οὗτοι, ὡς Ἀρις. ἱςορεῖ, μονήρεις εἰσι. Contra, οὐ. μονήρεις ſcripſiſſe Athenaeum contendit *Villebrune*; monens (præeunte *Gesnero* p. 510. extr.) in eorum numero piſcem hunc retuliſſe Ariſtotelem. Hiſt. Anim. V. 9. quorum ingens copia ſimul uno retis tractu capi ſoleat. Quod pergit Noſter ex Ariſtotele tradere, γλῶσσαν δ' ἔχουσιν ὀςώδη καὶ προςπεφυκυῖαν; haud nimis apte hæc veluti huic piſci præ ceteris, aut

certe

certe præ pluribus aliis generibus, propria commemorat Deiprosophista; quæ piscibus omnino omnibus communia esse docuerat Philosophus; ut supra vidimus, ubi de cyprinorum lingua disputavimus.

Λάβραξ ὁ πάντων ἰχθύων σοφώτατος:

Qui versus, ut Aristophanis citatur, is non exstat, quod sciam, in aliqua fabularum, quæ integræ hodie supersunt; eundem tamen in Brunkii *Fragmentis* ex Comico frustra quæsivi. Consentiunt autem in poetæ nomine ambo nostri Msti cum editis. Cæterum ad idem argumentum haec adnotavit *Casaubonus*: „ *Lupum ingeniosum esse in quærenda salute*, et, ut dicit Athenæus, ἐπινοητικὸν εἶναι τοῦ διασώζειν ἑαυτὸν, præter Oppianum libro III. [uſ. 121 ſqq.] et alios, qui animalium naturas descripserunt, probat etiam Cassiodorus lib. XI. *Piscis lupus*, ait, *arenis se mollibus ut plumbati lini insidias evadat, immergit: cuius, ut supra dicta retia eius tergum diraserint, alacer in undas exilit, et vitati periculi gaudia liberatus agnoscit.* *Alcæus* quoque, inquit Auctor, μετέωρόν φησιν αὐτὸν νήχεσθαι: id est, *extantem supra summas aquas:* vel *suspensum et erectum* animo, insidias undique caventem fugitivo regi et sacerdoti Dianæ Aricinæ similem. “

Idem

Idem libr. VII. pag. 158 et 159. Vol. III. ed. SCHWEIGHAEUSERI.

Τὸ δὲ πώλυπον 2) λέγειν, Αἰολικόν. Ἀττικοὶ γὰρ πολύπουν 3) λέγουσιν. Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ.

[Καὶ] ταῦτ᾽ ἔχοντα 4) πουλύπουν 5) καὶ σηπίας. καὶ πάλιν.

Τὸν πουλύπουν 6) μοι ἔθηκε.

πάλιν·

Πληγαὶ 7) λέγονται πουλύπου 8)
πιλεμένου.

Ἀλκαῖος, Ἀδελφαῖς μοιχευομέναις·

Ἠλίθιον εἶναι, νοῦν τε πουλύποδος 9)
ἔχειν.

LATI-

2) Πόλυπον edd.

3) Πουλύπουν malles.

4) Ταῦθ᾽ ἑκόντα absque καὶ, vulgo h. l.

5) Πολύπους vulgo.

6) Πολύπουν vulgo.

7) Πηγαὶ ed. Ven. Bas. et Cas. 1. cum Matis.

8) Πολύπου vulgo.

9) Πολύποδος.

LATINE.

At πώλυπον (vel πόλυπον) dicere, Aeolicum eſt: nam Attici πολύπουν (aut πουλύπουν) dicunt. Ariſtophanes, Dædalo:

Et hæc cum haberem, Polypum et ſepias.

Et rurſus:

Polypum mihi adpoſuit.

Iterum:

Ictus dicuntur polypi tuſi.

Alcæus, in Sororibus vitiatis:

Stolidum eſſe, mentemque habere Polypodis.

Idem ibidem paucis interjectis: Ἀλκαῖος.

Ἔδω δ' ἐμαυτὸν, ὥσπερ πουλύπους. 1)

LATINE.

Alcæus: Arrodo ipſe me, veluti polypus.

---

1) Vulgo ως πολύπους.

Animad-

Animadversiones SCHEIGHAEUSERI ad h. l. lib. VII. c. C. p. 357 sqq.

Πολύπους, (πολύποδος.) Ουτως φασὶν οἱ Ἀττικοὶ ὡς καὶ Ὅμηρος etc. In poetæ versu, qui est ex Odyss. ε. num. 432. scribitur πουλύποδος per diphthongum in prima syllaba: ut videri possit, similiter primam huius capitis vocem non Πολύπους scriptam reliquisse Athenæum, sed Πουλίπυς; cum præsertim pari modo in plerisque poëtarum Atticorum testimoniis, quæ continuo subjiciuntur, partim metrum manifeste diphthongum in prima syllaba desideret, partim etiam ipsæ veteres membranæ, per diphthongum scriptam vocem exhibeant. Sed, verum si quæris, toto hoc capite nullam rationem prioris syllabæ habet Deipnosophista: de terminatione vocabuli unice agit. Quod etiam clarius ex ipso huius disputationis exordio, quale e codice Epit. edidimus, patet. Nam pro eo, quod in edd. et in Ms. A. unde πολύπους præponebatur titulus huius capitis, in ms. Ep. perspicue sic scribitur πολύπους, πολύποδος. Οὕτως φασὶν etc. De prima vocis syllaba multo inferius demum p. 318. s. uno verbo monet, *Dores syllabam eam per ω longum efferre*, πόλυπον dicentes. De Atticorum usu, poetarum præsertim, ubi longam syllabam flagitabat metrum, pro πολύπους Ionico more πουλύπους usurpantium, nusquam ex professo,

 et,

et, si fides libris nostris, ne obiter quidem, monuit: sed tantam exemplorum copiam adposuit, e qua adpareret: nihil fuisse illo usu vulgatius, quem eundem iam sæpius in huius operis cursu observavimus. Vide I 5.6 et Animadv. T. I. p. 67. tum lib. II. p. 64. a. III. 104. e et Animadv. T. II. p. 220. IV. 169 a. et Animadv. T. II. p. 598 sq. Adde quæ *Brunckius* notavit ad Frag. Arist. p. 234. et quæ a nobis mox deinde dicentur. Πῶς (non ποῦς) cum hic, tum paulo post dedit Ms. uterque: et sic acute scribendum illam vocem diserte monuit Etymologus, p. 686 Ait autem Auctor, regulariter et iuxta analogiam, quemadmodum a πούς est genitivus ποδός, sic et a πολύπους formari *genitivum* πολύποδος. Ad fert tamen paulo post (lib. b.) etiam ex Aristophane, exemplum genitivi in ου, non in οδος desinentis. Potuerat commodiore quodam ordine digerere exempla quæ adfert: sed in hoc genere non solet Deipnosophista noster nimis esse religiosus.

Accusativus casus, ad eundem analogiam πολύποδα vel πουλύποδα debuerat formari, qua forma etiam usus esse nonnullos ait deinde, lit. c. Nunc vero ait, *contra illam analogiam* πολύπουν vel πουλύπουν *formari hunc casum ab Atticis*: τὴν δὲ αἰτιατικὴν πολύπουν φασίν (nempe, οἱ Αττικοί) ὡς Ἀλκίνουν etc. Ignorat uterque noster codex mstus καὶ particulam, quam inter ὡς et

Ἀλκίνουν

Ἀλκίνουν (haud incommode quidem) interiectam habent editi libri.

Τὸ δὲ πώλυπον λέγειν, Αἰωλικόν· Ἀττικοὶ δὲ πολύπουν λέγουσιν. Aeolicum πώλυπον cum ω in prima syllaba recte dedit codex Ms. uterque. Nempe et in terminatione et in primae syllabae vocali ab Atticorum ratione discendunt Aeoles: non πολύπουν aut πουλύπουν dicentes in accusativo casu, sed πώλυπον a recto casu ὁ πώλυπος quod illi, ut multa alia, cum Doribus commune habent, de quibus idem ipsum docet Auctor noster p. 518. (Sic et ex Lexico Rhetorico retulit Eustathius ad Od. ε. p. 232. 11. Δωριεῖς καὶ Αἰολεῖς πώλυπον: ubi quod eisdem Iones etiam accensentur, cum scribitur vulgo Ἴωνες δὲ καὶ Δωριεῖς etc. id vero (cuiuscunque tandem culpa sic scriptum sit) minus ex vero esse recte *Gesnerus* iudicavit p. 747. sub fin. Quod vero ait Noster, Ἀττικοὶ γὰρ πολύπουν λέγουσι, ubique πουλύπουν malles, quia tantum non omnia, quae adfert exempla, istam in prima syllaba vocalem habent. Sed primum, quod initio dixi, non tam *primae syllabae*, quam *terminationis* potissimum rationem hic habet auctor: deinde, quod ad ipsam primam Syllabam spectat, satis constat, perinde primam syllabam πο et που in isto nomine formasse Atticos (apud Aristotelem quidem, ut hunc unum nominem, constan-

ter πο brevi vocali editur prima syllaba:) et Ionica quidem diphthongo non fere nisi poetas usos esse, ubi productam syllabam desideraret metrum. Legitur apud Eustathium, loco modo citato: τὸν δὲ πολύποδα, πούλυπον μὲν Ἀττικοί φασιν, ὡς ἐν Ῥητορικῷ εὕρηται λεξικῷ, καὶ πολύπουν. Ubi mendose scriptum priori loco πούλυπον puto, cum πουλύπουν oportuerit.

Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ·

[καὶ] Ταῦτ' ἔχοντα, πουλύπουν, καὶ σηπίας.

Poterat καὶ particulam omittere Athenæus: et sic videbantur ista verba pars esse versus trochaici tetrametri. Sed præposita illa particula, quam p. 323. c. adiectam dant libri, fiebat perfectus iambicus senarius. Citatur quidem ibi versus iste ex Δαναΐσιν: sed ob nominum similitudinem perquam fit probabile alterutro loco erratum esse in fabulæ indice. Ex eodem altero loco (præeunte *Brunckio* in Fragm. Arist. pag. 234. ἔχοντα hic recepi, pro ἑκόντα. quod habent edd. consentiente (quod sciam) ms. A. (In ms. Ep. desunt duo priora Aristophanis testimonia) Quum utroque loco πολύπους in plurali legeretur, satis esse videri poterat, si producta prima syllaba πούλυπους corrigere-

tur

tur. Sed assensus sum *Brunckio*, iudicanti hoc certe loco πουλύπουν in singulari scripsisse Athenæum: non quod istam terminationem accusativi pluralis (quæ cum alibi, tum apud Aristotelem Hist. Anim. IV. 8. reperitur) per se damnem: neque ea unice ratione confisus sum, quod, quoniam proxime de *accusativo sing.* præcepisset auctor, consentaneum fuerit, ut testimonium statim adjiceret eiusmodi, in quo ille nominis casus occurreret. Sed, quum toto hoc capite id manifeste agat auctor, ut ostendat, Atticos non ὁ πόλυπος aut τὸν πόλυπον ea forma dixisse, in qua nullum fere vestigium originis a vocabulo πούς ductæ supersit: minime credibile est, primum omnium testimoniorum adposuisse eum huiusmodi, e quo id ipsum, quod voluisset, minime confici posset: nam accusativus pluralis πολύπους perinde ab ὁ πόλυπος atque ab πολύπους formari potuerat, eamque speciem præbet, ut a priori magis, quam ab altera nominativi forma sit declinatus.

Alterum ARISTOPHANIS testimonium,
τὸν πολύπουν μοι ἔθηκε: —

Ita scripsit *Brunckius*, ut duo priora verba essent extrema senarii, et a duobus posterioribus initium fieret senarii sequentis. At, cur a verbis

τὸν

τὸν πουλύπουν non incipi senarius potuerit, non vidi equidem.

Tertium eiusdem ARISTOPHANIS testimonium,

πληγαὶ λέγονται πουλύπου πιλουμένου:

Eiusmodi est, ut valere contra id quod paulo ante diximus, videri possit. Nam in illa genitivi forma πολύπου, ut habent libri, vel πουλύπου, quod desiderabat versus, sane discernere non possis, sit-ne ab ὁ πόλυπος, an ab ὁ πολύπους (vel πουλύπους) formatus: quin potius eam speciem præbet, ut ab ὁ πόλυπος vel πούλυπος declinatus videatur. At, postquam duo alia exempla adposuit auctor, quibus usus terminationis πολύπους satis declarabatur, nihil magnopere prohibebat, quominus istis tertium versiculum eiusdem Comici subjiceret, in quo idem vocabulum ita occurrit, ut diversa ratione formatum videri posset. Cæterum, ne hanc ipsam quidem genitivi formam πολύπου, ut Attici scriptores ea utuntur, a nominativo πόλυπος, sed (perinde atque alteram πολύποδος) ab ὁ πολύπους ductam esse docent nos veteres grammatici. Sic quidem et ab ὁ Οἰδίπους formari genitivum Οἰδίπου, et ab ὁ τρίπους genitivum τοῦ τρίπου, monuit Etymologus pag. 20. l. 18. et hanc ipsam quidem formam *Atticam* esse ait ille. Est autem illius formationis

hæc

hæc ratio, quod (quemadmodum ex eodem Etymologo pag. 686 in voc. ποὺς intelligitur) composita Οἰδίπους, τρίπους et similia, veluti contracta considerari possunt ex Οἰδίποος, τρίποος. Et est illorum genitivorum eadem ratio atque accusativorum πολύπουν, 'Αλκίνουν, Οἰδίπουν, τρίπουν, quos modo commemoravit ipse Athenæus.

Ad eundem Comici versum haec notavit CASAUBONUS:

„Πληγαὶ λέγονται πολύπου πιλȣμένȣ.

Metrum postulat πουλύπȣ, ut in proverbio ad quod alluditur in isto versu. Athenæus tamen non sic scripsit, verum ita, τοῦ πολύπου πιλουμένου; ut apparebit attendenti." — Ubi cur τοῦ πολύπου scripsisse Athenæum judicaremus cum πολύπου absque articulo dent ambo nostri msti cum editis, non video. Sed metri rationem ille habere voluit, πουλύπου scripserit, idque in πολύπου mutatum fuerit a librariis: sin metrum insuper habuit, non est, cur articulum τοῦ ab eo adjectum statuamus. Cæterum, pro mendoso πηγαὶ, quod cum ed. Ven. Bas. et Cas. 1. habet codex mstus uterque, recte πληγαί in Animadv. scripsit Casaubonus, quod inde in ed. Cas. 2 et 3. recep-

receptum. Sic corrigendum iam monuerat *Gesnerus*, p. 751. et *Plagæ* in versione posuit Dalecampius, remittens lectorem ad ea quæ ab *Erasmo* in Adag. *Bis septem plagis polypus contusus* (p. m. 75) disputata sunt: quod est proverbium illud, ad quod alludi in Comici verbis, dixit Casaubonus Græce illud sic sonat, *Δὶς ἑπτὰ πληγαῖς πολύπους* (rectius ob versum, *πουλύπους*) *πιλούμενος*: usurpaturque, ut docet Zenodotus Cent. III. 24. *ἐπὶ τῶν κολάσεως ἀξίων· παρόσον ὁ πολύπους θηρευθεὶς, τύπτεται πολλάκις, πρὸς τὸ πίων γίνεσθαι* Quibus gemina habet Suidas, in *Δὶς ἑπτά*. Cujus in proverbii interpretatione cum haud facile intelligatur, quo pacto *pinguis* reddatur *polypus pulsando*, vocabulum *πίων* Erasmus *mitior* interpretatus est; ad sententiam commodius, quam ad Græci sermonis usum.

In ALCAEI versu, cum sic esset editus,
ἠλίθιον εἶναι, νοῦν τε πολύποδος ἔχειν:

Rursus metri ratio necessario *πουλύποδος*, prima syllaba producta, desiderabat: atque id ipsum nunc perspicue codex noster mstus. uterque dedit. *Grotius*, istum versum Excerptis suis (p. 429.) inserens, *νοῦν δὲ πουλύποδος* scripsit, diserte in Adnota-

Adnotationibus monens, male apud Athenæum νοῦν τε scribi. Quare ita interpretatus est:

Stultum esse, sed sic mens ut adsit polypi.

Nempe id spectaverat vir præstantissimus, quod de *versutia polypi* et vulgo perhibetur, et poetarum item dictis (quorum nonnulla etiam deinde adferuntur) celebratum est. At, quod *astu* facere polypum alii dicunt, ut atramentum emittat, id non nisi *metu coactum* facere ait Aristoteles, cæterum stolidum admodum esse animal dicens, ut qui ultro ad manum captantis accedat: quod ipsum etiam Athenæus pag. 317, b, commemorat. Conf. Plin. IX, 29, 46. Illam igitur stoliditatem respicere Alcæus potuit. *Alcaei*, *Ameipsiae*, *Platonis*, et *Eupolidis* testimonia prætermisit Epitomator.

Ameipsiae versum, paulo longius a librorum scriptura recedens *Brunckius* (in Fragm. Aristoph. pag. 234. concinniorem reddidit, ad hunc modulum:

πολλῶν μὲν, ὡς ἔοικε, δεῖ μοι πουλύπων.

Nos, verborum ordinem tenentes, satis habuimus μοι particulum, uncis quidem inclusam, adjicere. Cæterum hic rursus pro πολύπων, quod vulgatum erat, πουλύπων fuit ponendum.

Alcaei

Alcaei, quod denuo subjicitur, breve testimonium, fieri potest, ut tale adposuerit Athenaeus, quale dant vulgo edd. cum mstis: Ἔδω δ' ἐμαυτὸν ὡς πολύπους. Nam haec verba etiam in Epit. leguntur, superiori Alcaei testimonio statim subjecta, in hunc modum. Καὶ πάλιν. Ἔδω δ' ἐμαυτόν etc. sed haud dubie πουλύπους scripserat poeta, quemadmodum supra πουλύποδος. Quo posito, perspicuum esse existimavi, senarium demto primo pede confecisse illa verba;

ἔδω δ' ἐμαυτὸν, ὥσπερ πουλύπους.

Rem, sive fabulam, ad quam adludit poeta, narrat. Noster paulo inferius, lit. f, ubi ait: λέγουσι δὲ καὶ, ὡς ἂν ἀπορήσῃ τροφῆς, ὅτι αὑτὸν κατεσθίει i. e. Narrant etiam, polypum, in cibi penuria, se ipsum arrodere. Sed mox subjicit, τοῦτο δ' ἐστὶ ψεῦδος i. e. At falsa ea fama est.

Idem libr. X. pag. 55. Tom. IV.

Ἀλκαῖος δὲ καὶ τὸν Ἑρμῆν εἰσάγει αὐτῶν (nimirum θεῶν) οἰνοχόον.

LATINE.

LATINE.

Alcæus vero Mercurium inducit Deorum pincernam.

Idem libr. X. c. XXXIII. pag. 68. T. IV.

Καὶ Ἀλκαῖος δὲ ὁ μελοποιὸς, καὶ Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδιοποιὸς, μεθύοντες ἔγραφον τὰ ποιήματα.

LATINE.

Sed et Alcæus, lyricus poeta, et Aristophanes comicus, ebrii sua scripsere poemata.

Idem libr. X. cap. XXXV. pag. 72 sqq. Tom. IV.

Ἐγὼ δ' ἐπεὶ 1) παρεξέβην περὶ τῶν ἀρχαίων κράσεων διαλεγόμενος, ἐπαναλήψομαι τὸν λόγον, τὰ 2) ὑπὸ Ἀλκαίου 3) τοῦ

1) Ἐπεὶ ed. Cas.

2) Τὸν ὑπὸ vulgo.

3) Ὑπὸ τοῦ Ἀλκ. add.

τοῦ μελοποιοῦ λεχθέντα ἐπὶ νοῦν βαλλόμενος. φησὶ γάρ που οὗτος. 4)

"Εχεε. κιρναῖς 5) ἕνα καὶ δύο.

Ἐν τούτοις γάρ τινες οὐ τὴν κρᾶσιν οἴονται λέγειν αὐτὸν· ἀλλὰ σωφρονικὸν ὄντα, καθ' ἕνα κύαθον ἄκρατον πίνειν, καὶ πάλιν κατὰ δύο. τοῦτο δὲ ὁ Ποντικὸς Χαμαιλέων ἐνδέδεκται, 6) τῆς Ἀλκαίου φιλοινίας ἀπείρως ἔχων. κατὰ γὰρ πᾶσαν ὥραν καὶ πᾶσαν περίστασιν πίνων ὁ ποιητὴς οὗτος εὑρίσκεται. χειμῶνος μὲν, ἐν τούτοις·

Ὕει μὲν ὁ Ζεὺς, ἐκ δ' ὠρανῶ 1) μέγας
Χειμὼν, πεπάγασιν δ' 2) ὑδάτων ῥοαί.
Κάββαλε τὸν χειμῶν', ἐπὶ μὲν τιθεὶς
Πῦρ, ἐν δὲ κιρναῖς οἶνον ἀφειδέως
Μελιχρὸν, αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσα.

μαλθα-

4) Fors: οὕτως.

5) "Εγχευε κίρνα εἰς edd. Κέρνα εἰς Ms.

6) Ἐνδέδεικται edd. Forf. οὕτω δὲ —— ἐκδέδεκται.

1) Ἐν δ' ὠρανῷ edd.

2) Πεπάγασι δὲ vulgo.

μαλθακὸν ἀμφὶ [βαλὼν] γνάφαλλον. 3)

θέρους δέ.

Τέγγε 4) πλεύμονας οἴνῳ 5) τὸ γὰρ ἄςρον περιτέλλεται.

Ἁ δ' ὥρα χαλεπὰ, πάντα δὲ διψᾷ ὑπὸ καύματος.

Τοῦ δὲ ἔαρος.

Ἦρος ἀνθεμόεντος ἐπ' αἰόν 1) ἐρχομένοιο.

Καὶ προελθών.

Ἐν δὲ κιρνᾶτε 2) τῶ μελιαδέος ὅττι τάχιςα.

Κρατῆρα. – –

Ἐν δὲ τοῖς συμπτώμασιν.

Οὐ

3) Ἀμφὶ γνόφαλλον ed. Ven. et Baſ. cum Mſto. ἀμφὶ γνάφαλλον ed. Caſ.

4) Τέγγη edd.

5) Alibi erat. Οἴσω πνεύμονα τεγγε

1) Ἔπαιον edd. ἐπαΐον mſti

2) Ἐν δὲ κίρνα τον edd.

Οὐ χρὴ κακοῖσιν θυμὸν 3) ἐπιτρέπειν.
προκόψομεν γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι, 4)
Ὦ Βυκχί 5) φάρμακον δ' ἄριστον,
Οἶνον ἐνεικαμένοις 6) μεθυσθῆν. 7)

Ἐν δὲ ταῖς εὐφρόναις.

Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν
Πίνειν, 8) ἐπειδὴ κάτθανε Μυρσίλος.

Καὶ καθόλου δὲ συμβουλεύων φησίν.

Μηθὲν 1) ἄλλο φυτεύσης πρότερον δέν-
δρεον 2) ἀμπέλω.

Πῶς οὖν ἔμελλεν ὁ ἐπὶ τοσοῦτον φιλοπό-της 3) νηφάλιος εἶναι, καὶ καθ' ἕνα καὶ δύο κυάθους

3) Μῦθον vulgo.

4) Ἀσώμενοι corrigebat Bentl.

5) Ὦ βακχί edd.

6) Ἐνεικαμένους Forſ.

7) Μεθυσθῆναι edd. μεθύσθην Ms.

8) Πονεῖν vulgo. Alii corrig. καὶ χθονὰ πρὸς βίαν παίειν.

1) Μηδὲν ed. Caſ. et Baſ.

2) Δένδρον vulgo.

3) Φιλοπώτης ms. A.

κοάθους πίνειν; αὐτὸ γοῦν τὸ ποιημάτιον, φησὶ Σέλευκος ἀντιμαρτυρεῖ τοῖς οὕτως ἐκδεχομένοις. φησὶ γάρ·

Πίνωμεν· τί τὸν λύχνον σβέννυμεν; 4)
δάκτυλος ἁμέρα·

Καδδ' ἀνάειρε 5) κυλίχναις μεγάλαις
αἰ τὰ ποικίλα. 6)

Οἶνον 7) γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς υἱὸς
λαθικάδεα.

Ἀνθρώποισιν ἔδωκ'. Ἔγχεε κιρνάις 8)
ἕνα καὶ δύο.

Πλείαις

4) Alibi rectius τὶ τὸν λύχνον (τὶ λύχνους aut τί τὰ λύχν' corrigunt.) ἀμμένομεν;

5) Καδδ' ἄειρε alibi.

6) Αἰ τὰ ποικίλλης alibi. ἄιτεε ποικίλα corr. Rutgersius. καὶ, παῖ, ποικίλαις Iani: αἱμάτα ποικίλα Grotef.

7) Perperam οἶνος h. l. vulgo.

8) Κιρνὰς edd. et ms. ep.

Πλείαις· 9) κὰκ κεφαλᾶς δ᾽ ἀτέρα τὰν
ἑτέραν Κύλιξ.
Ὠθείτω. —

Ἕνα πρὸς δύο ῥητὰς κιρνάναι κελεύων.

LATINE.

Ego vero postquam ab his, quæ de vini miscendi rationibus apud veteres usitatis dicere coeperam, alio excucurri, redeo ad institutum sermonem, in memoriam revocans Alcæi lyrici poetæ dictum. Ait enim illa alicubi:

Infunde miscens unum et duo.

Quibus in verbis non de mixtione vini loqui illum existimant nonnulli: sed sobrium poetam nonnisi singulos aut binos meri cyathos bibere. Sic accipiebat Ponticus Chamæleon, ignarus nempe quam bibax fuisset Alcæus: qui quavis tempestate, et quocumque rerum suarum statu bibens deprehenditur. Hieme quidem, ubi ait:

Pluit Iupiter, saevusque de coelo ingruit
hiems, stantque concreta aquarum flumina.
Dissolve hiemem, ligna imponens
foco,

9) Πλείαις vulgo h. l. Alibi πλείοις.

10) Μὲν inserunt viri docti. Sed Porson πλείαις κακκεφαλῆς· ἁ δὲ ἑτέρα τὰν ἑτ.

foco, largeque vinum miscens
dulce et tempora circum
mollem culcitam volvens.

Aeſtate vero:

Riga pulmones vino: redis enim oriens canicula:

Item verno tempore;

Redit de litore floridum ver:

tum deinde,

Miscete ocyus vino mellito
Craterem.

Tum in rebus adverſis:

Noli ſubmittere animum malis!
Nihil proficimus quippe mœrendo,
O Bycchi! Medela vero certiſſima
Vino allato inebriari.

Rurſus, lætis in rebus:

Nunc potare par eſt; nunc vel invitum
Bibere, quando quidem periit Myrſilus.

Et univerſe conſulens ait:

Nullam aliam ſeveris prius arborem vite.

Quo igitur pacto, qui tam vehementer ſtudioſus vini fuit, ſobrius is eſſet, ſatisque haberet ſingulos aut binos cyathos? Ipſum ſane carmen, ait Seleucus, falſi arguit hos, qui ſic interpretantur. Dicit enim:

Bibamus: lucernas quid exspectamus? digitus dies est.
Prome pocula maiora, sanguinem uvarum varium!
Vinum enim Semelae Iovisque filius, curarum oblivionem
Dedit hominibus. Infunde miscens unum et duo,
Plena pocula: ex capiteque alius alium calix pellat.

Quibus verbis perspicue unum cum duobus misceri jubet.

Animadversiones SCHWEIGHAEUSERI ad Cap. XXXV. T. V. p. 402-418.

Ἐγὼ δ' ἐπεὶ παρεξέβην etc. „Rediturus Democritus ad institutum paullo ante sermonem „*de variis modis temperandi vini*, quorum mentio „apud veteres extabat: Ἐγὼ δὲ, inquit, ἐπεὶ „παρεξέβην περὶ τῶν ἀρχαίων κράσεων διαλε-„γόμενος, ἐπαναλήψομαι τὸν λόγον, τὰ (ita „scribendum) ὑπὸ τοῦ Ἀλκαίου τοῦ μελοποιοῦ „λεχθέντα ἐπὶ νοῦν βαλλόμενος. Digressio, quae „tractatum περὶ κράσεων interrupit, inde coepit, „Ἦσαν δὲ τῶν ἀκροατῶν [rectius ἀκρατοποτῶν, vide

vide pag. 427. e.] „αἱ ἐπιχύσεις, ὡς φησι „Θεοφρ." CASAUBONUS. — Licet ἐπεὶ recte scripserit vir doctus in Animadv. tamen typothetæ sphalma, ἐπί: quod in editionem Cas. 1. temere irrepserat, in contextu religiose conservarunt qui editionem Cas. 2. et 3. curarunt. Cuius generis sphalmata vix operæ pretium foret notare, nisi vel hoc ipsum, quod toties tam fideliter repetita sunt, turbare posset lectores; qui suspicari interdum possint, aliud nescio quid sub eis latere. Ipsi doctissimo Casaubono subinde accidisse observavimus, ut, cum typothetæ aliquod erratum, quod unam editionem Basileensem occupaverat, emendare ex ingenio vellet, in alia omnia ipse aberraret, quam quæ ei indicare potuisset editio Aldina, si eam consulere voluisset: debuerat autem *editor* Athenæi, præsertim qui codices mstos ad manus non haberet, id curare ut principem editionem saltem semper ante oculos haberet; at *lectori* nec vacat semper, ac sæpe non licet, alias consulere editiones. Quare quo maior ad hanc usque ætatem fuit Casaubonianæ editionis apud omnes auctoritas, eo maior diligentia a novo editore debet adhiberi, ut qui sit lectionum, quas illa exhibet, ortus atque ratio, accurate exponat. Quod dein τὸν ὑπὸ τοῦ Ἀλκαίου τοῦ μελοποιοῦ λεχθέντα legebatur in editionibus omnibus, priori loco inficete positum articulum τοῦ recte ignorat ms. *A*, cuius auctoritate eum delevi.

delevi. τὸν vero ante ὑπὸ tuetur quidem idem codex, sed Casauboni probavi iudicium, in τὰ mutare iubentis; τὰ ὑπὸ Ἀλκαίου — λεχθέντα: quo etiam refertur, quod continuo deinde subjicit, ἐν τούτοις γάρ. Nec tamen ἐν τούτοις γάρ, ut editi, sed ἐν τοῖς γὰρ habet ms. *A.* Desunt autem hæc in *Epit.* Quod sit, Φησὶ γάρ που οὗτος, ferri potest; nempe ὁ Ἀλκαῖος. Sed usui Athenæi convenientius videtur οὕτως. Sic rursus paulo inferius (lit. *d.*) λέγει δὲ οὗτος edebatur, ubi οὕτως dedit vetus cod. *A.*

ALCAEI versiculus h. l. sic editus erat, Εγχευε κίρνα εἰς ἕνα καὶ δύο. In ms. *A.* vero Εγχέυε κέρνα εἲς ἕνα κ.. δ. Sed vide infra, lit. *d.* ubi idem in nexu cum aliis repetitur. In *Epit.* prætermissus est, pro more, totus introitus in istam de *perpetua Alcæi siti* disputationem; quæ ibi ab his verbis incipitur: Ὅτι Ἀλκαῖος κατὰ πᾶσαν ὥραν etc. CASAUBONI est ad hunc locum Animadversio hæc: „Locus Alcæi qui hic „proponitur, et deinceps explicatur pluribus a „Democrito, ita legendus,

„Ἔγχευε κιρνὰς ἕνα καὶ δύο:

„neque aliter paullo post scriptum invenias. Athe„næi sententia est, *iubere Alcæum* his verbis, *ut* „*puer a poculis vinum de more in cratera misceat eo* „*craseos genere quod vocabatur* εἲς καὶ δύο: *cum infusis* „*in craterem cyathis duobus vini, aquæ unus infunditur.*

„Alii

„ Alii Critici aliter censuerunt, ut CHAMAELEO
„ *Ponticus:* qui, *negans de temperatura vini locutum*
„ *eo versu Alcaeum, significari a sobrio poëta voluit, se*
„ *in compotationibus unum primo poculum meri solitum*
„ *educere, deinde duo, non amplius.* Hæc ita Athe-
„ næus: Ἐν τούτοις [sic edd. omnes; recte, ut
videtur; pro ἐν τοῖς, quod erat in Msto.] „ γάρ
„ τινες οὐ τὴν κρᾶσιν οἴονται λέγειν αὐτόν· ἀλλὰ
„ σωφρονικὸν ὄντα, καθ' ἕνα κύαθον ἄκρατον
„ πίνειν καὶ πάλιν κατὰ δύο. Auctorem huius
„ interpretationis, et suum de illa iudicium proxi-
„ mis verbis aperit Democritus. [*Athenæum* in-
„ tellige; sub *Democriti* persona.] „ Τοῦτο δὲ
„ ὁ Ποντικὸς Χαμαιλέων ἐνδέδεικται τῆς
„ Ἀλκαίου φιλοινίας ἀπείρως ἔχων, Offendit
„ hæc oratio aures nostras: et videtur τούτῳ
„ scribendum. *Hac interpretatione,* ait, *demonstravit*
„ *se Chamæleon Ponticus temulentiæ Alcæi ignarum.*
„ Hic est *CHAMAELEON Heracleota,* qui *De*
„ *Ebrietate* opus conscripserat; cuius facta est
„ paullo ante mentio: [p. 427., b.] meminit eius
„ libri etiam Clemens Alex. Stromat. libro primo.
„ In eo commentario locum Alcæi tractaverat.
„ Sed parum fuisse versatum Chamæleontem in
„ Alcæi poësi, probat mox Democritus: κατὰ
„ γάρ, inquit, πᾶσαν ὥραν καὶ πᾶσαν περίστα-
„ σιν πίνων ὁ ποιητὴς οὗτος εὑρίσκεται. Id est:
„ *Nam quacunque anni tempestate, et quocunque sua-*
„ *rum rerum statu, sive tristi, sive læto,* (hoc signi-
„ ficat

„ficat *κατὰ πᾶσαν περίστασιν*,) *poëta hic bibens* „*reperitur*. Deinde quod *ἀθρόως* hic dicitur, „sigillatim probatur a Democrito, Profert *AL*„*CAEI testimonia* de suis *potationibus*, primum „*hibernis*, *æstivis*, *et vernis*: deinde, *in rebus ad*„*versis*, *et rebus secundis*." Sic ille. Iam edita quidem olim scriptura *ἐνδέδεκται* non aliam admittebat explicationem, quam, qua usus est doctus Animadversor. At nobis, non multo diversam quidem in sententiam, sed alia orationis forma, *ἐνδέδεκται* dedit vetus codex *A*. Quæ scriptura, quod ad potissimam quidem verbi partem pertinet, haud dubie vera, ac fortasse tota proba est. Nempe *δέχεσθαι* dicunt Græci pro eo quod Latine dicimus, sermonem aliquem *in hanc vel illam partem accipere*, id est, *intelligere et interpretari*: quem usum huius verbi non prætermisit diligentissimus H. STEPHANUS, in Thes. T. I. pag. 954. f. Iam in hanc notionem frequentissime quidem usurpatur compositum verbum *ἐκδέχομαι*, cum adverbio *οὕτω* aut alio simili constructum. Sic paullo post, in eadem hac disputatione, (lit. *c*.) *τοῖς οὕτω ἐκδεχομένοις*. Conf. III. 85. f. V. 189. d. et Not. ad II 66. b. Fortasse vero eadem notione etiam verbo *ἐκδέχομαι* hic usus est Athenæus, et quidem cum accusativo casu: *hoc intellexit*, pro *ita intellexit*, *ita accepit* Notemus obiter, *Chamaeleontem* hunc in illis *Alcaei* verbis *ἕνα καὶ δύο* particulam *καὶ* pro *ἢ* accepisse,

pisse, *unum vel duo*: qua notione quidem haud raro alias eamdem particulam usurpatam novimus, Vide Lexicon Polybian. pag. 316. num. 1.

χειμῶνος μέν, ἐν τούτοις etc. „De *hieme* „verba *ALCAEI* sunt:

„Ὕει μὲν ὁ Ζεύς. ἐν δ' ὠρανῷ μέγας
„χειμών. πεπάγασι δ' ὑδάτων ῥοαί.
„Κάββαλε τὸν χειμῶνα, ἐπὶ μὲν τιθεὶς
„πῦρ. ἐν δὲ κιρναὶς οἶνον ἀφειδέως
„μελιχρόν. αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ μαλθακὸν
„ἀμφὶ γνάφαλλον.

„In *quarto versu*, tmesis poëtica est, ἐν δὲ κιρναὶς, „pro ἐγκιρναὶς δὲ: hoc vero Doricum, pro „ἐγκιρνάς: sic ὀλέσαις apud Pindarum pro ὀλέσας, „et similia alia. Sequentia exprimit Dalecampius „sic: *Mellitum vinum largius tempera: sed capiti* „*lene, obscurum utrinque.* Censuit nimirum legi „debere ἀμφικνέφαιος: quam vocem restituebat „idem in ænigmate de ichneumone, quod recita„tur ab Athenæo infra hoc ipso libro sub finem. „[p. 450. a.] Nobis videbatur restituenda hoc loco „dictio ἀμφικνέφαλον, ut sit mens *ALCAEI*: „*praesidium adversus hiemem petendum esse ab his* „*tribus, igne luculento, optimo vino, et molli lecto.* „Genus *lectorum* fuit quos ἀμφικνεφάλους voca„bant, auctore Polluce lib. X. cap. 6. [sect. 36.] „Plura de ea voce infra, capite XVIII. [ad lib. X. „pag. 450. a.] Sed hanc interpretationem vix ad-

„mittant

„mittant poëtæ verba. Nam qualis esset hypallage? „*circa caput lectus esto*. Quare de emendatione „quidem nihil muto: verum ἀμφικνέφαλον hic „*pulvinum* interpretor, non *lectum*." CASAUBONUS.

Ex hoc Athenæi loco (collato cum XI. 481. a.) ista *ALCAEI* ecloga, cum eis quæ sequuntur, in editiones omnes Reliquiarum Lyricorum Poëtarum transierunt. In Athenæi editionibus continuo verborum nexu, non distinctis versibus, scriptæ omnes eclogæ erant. Casaubonus in Animadv distinxit versus, ut in Lyricorum editione ab H Stephano aliisque vulgo factum. Pariter nos; nisi quod vocem μαλθακὸν a fine *quinti versus* in *sexti* initium reiecimus, præeuntibus præstantissimis Horatii interpretibus, *Iano* RUTGERSIO, in Venusin. Lectionib. cap. 4. *Christiano Davide* IANI, in Commentatione secunda de Alcæo eiusque Fragmentis; (Halæ 1781.) MITSCHERLICH, ad Horatii Carm. lib. I. Od. 9. Observatum est enim ab eisdem aliisque doctis viris, duas priores strophas *Horatianae* Odæ modo nominatæ ex istis *Alcaei* versibus esse expressas; sed prætermissos esse ab Athenæo duos versiculos minores, qui apud Alcæum inter eum qui a χειμὼν incipit, et eum qui a Κάββαλε, interiecti fuissent. Quumque ab iisdem viris simul fuerit observatum, ex eisdem Græci Lyrici versibus

versibus expressum etiam esse initium alterius carminis Horatiani, quod legitur in Epodis, num. 13. his verbis:

Horrida tempestas coelum contraxit; et imbres
nivesque deducunt Iovem: nunc mare, nunc silvae
Threicio Aquilone sonant. —

gratiam nos inituros apud lectores Athenæi confidimus, si duos *Alcaei* versiculos, ab Athenæo prætermissos, hic adposuerimus, quales, ex collatis inter se duobus prædictis Horatianis carminibus suppletos, nobiscum his ipsis diebus perhumaniter communicavit ingeniosissimus *G. F.* Grotefend, Francofurtanæ ad Moenum Scholæ hodie Prorector. Is igitur primam, in qua versamur, Mitylenæi poëtæ eclogam in hunc modum constituit:

„Ὕει μὲν ὁ Ζεὺς, ἐν δ' ὀρανῶ μέγας
„χειμὼν, πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί.
„(Πόντος δὲ νῦν, βαθεῖα θ' ὕλα,
„Θραϊκίῳ Βορέᾳ βρέμονται.)

„Κάββαλλε τὸν χειμῶν', ἐπὶ μὲν τιθεὶς
„πῦρ, ἐν κιρναὶς Fοῖνον ἀφειδέως
„μελιχρὸν, αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ
„μαλθακὸν ἀμφι (βαλὼν) γνάφαλλον."

Vers. 1. Ubi nos ἐκ δ' ὠρανῶ edidimus: ibi ἐν δ' ὠρανῷ habet ed. Cas. ἐν δ' ὀρανῷ, per

per a breve initio vocabuli, edi solet in Lyricorum Reliquiis; quod qui primus posuit, is ex coniectura sic corrigere voluerat operarum erratum, quod in editiones Ven. et Bas. irrepserat; in quibus ἐν δ' ἀϱανῶ (sic) legebatur. At, pro communi οὐϱανὸς, non ὀϱανὸς per ο breve dicebant Dores et Aeoles; sed vel servabant ου diphthongum, vel ὠϱανὸς dicebant per ω longum. Conf. Maittaire, Dialect p. 156 sq. Et ω longum initio vocis tuentur hic ambo nostri mssti codices: at non ἐν δ' ὠϱανῷ scribunt illi, sed ἐκ δ' ὠϱανῶ: ubi ἐκ quidem pro ἐν non temere aut casu a librariis positum, sed a poëtae manu esse, in ὠϱανῷ vero *iota* in fine a librariis imperite et praeter rationem subscriptum vel adscriptum fuisse mihi persuasi. Itaque verum iudicavi ἐκ δ' ὠϱανῶ, dorice sic dictum pro ἐκ δ' οὐϱανοῦ: *de caelo ingens hiems* (ingruit.) Conf. Maittaire, pag. 177. *Vers.* 2. πεπάγασιν. πεπάγασι absque ν in fine habent mssti cum edd. in ms. *A.* vero super syllaba πα notatur η vocalis. *Ibid.* δὲ ὑδάτων absque apostropho habent mss. et edd. In eisdem (*vers.* 3.) τὸν χειμῶνα scribitur, non χειμῶν'. *Ibid.* Κάββαλε valere κατάβαλε, satis notum. *Dissolve frigus*, ait Venusinus poëta.

Vers. 4. ἐν δὲ κιϱναῖς. ἐν δὲ κιϱνὰς habet ms. *Ep.* et sic vulgo edebatur in Lyricor. Fragm. Sic rursus infra (lit. *d.*) ἐγχεε κιϱνὰς

idem

idem ms. *Ep.* et editiones omnes. Recte vero monuit Casaubonus, participia in ας desinentia a Doribus per αις efferri. (Conf. Maittaire, pag. 239. et Gregor. de Dialect. pag. 93. ibique Koen, p. 94) Et sic infra pro vulgato κιρνὰς, perspicue κιρναὶς scribitur in nostro cod. *A* nescio quidem quo accentu, an prorsus ibi omisso accentu; ita ut de eo hactenus quidem dubitari possit. Sed hoc ipso loco, in quo versamur, ex eodem codice enotata est scriptura κιρνᾷς: ex quo, quoniam nusquam in illo codice subscribitur *iota*, sed ad latus ponitur, intelligi par est, κιρναῖς h. l. in illo scriptum esse. Atque, eodem modo scriptum olim fuisse in vetustiore codice e quo noster derivatus, coniectare licet ex ipsa illa vitiosa scriptura, quam supra (hac pag. lit *a.*) ex eodem cod. *A.* enotatam vidimus κέρνα εἷς: quod utique ex κιρναῖς corruptum videri debet. Et hoc quidem loco, in quo nunc versamur, pariter κιρναῖς habent editiones Bas. et Cas. 3. sed id casu magis, puto, quam certa ratione in his receptum. κιρναὶς vero acute scriptum erat in ed. Ven. et sic rursus in ed. Cas. 2. sed κίρναις penacute in ed Cas. 1.

Versus 5 *et* 6. desunt in ms. *Ep.* ubi in verbo ἀφειδέως terminatur ista prima ecloga. *Versu* 6, quum γυόφαλλον legeretur in ed. Ven. et Bas. tacite γνάφαλλον edidit Casaubonus; quam

quam correctionem si necessariam ille putavit, monere saltem de ea debuerat lectorem. Cautior. H. STEPHANUS in Ind. Thes. monuerat: „Γνόφαλλον apud Athen. legitur in eadem significatione qua γνάφαλον, *Tomentum*, seu *pulvinar tomento factum*, in hoc Alcæi loco, ἀμφὶ κόρσα μαλθακὸν γνόφαλλον" — Et γνόφαλλον tenui idem Stephanus in Lyricorum editione: eamdemque scripturam præiverat vetus noster cod. *A*. Ac fieri sane potest, ut pro eo quod γνάφαλλον vulgo dixere Græci, γνόφαλλον dixerint Dores et Aeoles, similiter atque βότιν pro βάτιν dixisse Sophron visus est nonnullis, apud Athen. VII. 286 d. Conf. Maittaire, Dialect. pag 412 sq. Quum tamen haud satis certa sint exempla, quæ in hanc partem adferuntur; ne quis postliminio restitutam a nobis vitiosam lectionem argueret, tenuimus illam quam præeunte Casaubono placuisse doctis omnibus vidimus satis habentes veterum librorum scripturam sub contextu adnotasse. Cæterum de hoc vocabulo, pro quo et γνάφαλον simplici λ litera, et κνέφαλον dicebant Græci, videndus præsertim Pollux, X 41. ibique interpp. itemque Hemsterhus. ad Luciani Iudicium Vocalium, cap. 4. Iam quod ἀμφὶ γνόφαλλον vel γνάφαλλον vulgo hic legebatur; ferenda utique non erat repetita præpositio ἀμφὶ. quæ vocabulo κόρσᾳ iam erat præposita. Nec vero magis conveniebat composita

vox

vox ἀμφικνέφαλον, quæ Casaubono placuerat: nam ἀμφικνέφαλον aut ἀμφικνέφαλος nec lectum significat, nec pulvinum: sed κλίνη ἀμφικνέφαλος lectum sonat ab utrâque parte culcitris seu pulvinis instructum, ut docuere Pollucis interpretes, ad X. 36. Quare aut abjicienda erat vocula ἀμφὶ ante γνάφαλον, tamquam temere ibi repetita: aut, quoniam aliud desiderare videbatur Alcaici metri ratio, (collata Horatii Oda I. 9.) aliquid hic intercidisse statuendum erat. Itaque ἀμφιτιθεὶς γνάφαλλον corrigendum Iani censuit; ἀμφιτίθει Mitscherlich; ἀμφιβαλών, Grotefend, cuius verbi pars posterior ante γνάφαλλον ob soni similitudinem facilius excidere potuerat.

θέρους δέ· Τέγγε πλεύμονας οἴνῳ. Quum Τέγγη h. l. haberent editiones Athenæi omnes, adnotavit Casaubonus: „Sequitur „θέρους δὲ, τέγγη πλεύμονας οἴνῳ. Ita exa„rati manu: pro τέγγου vel τέγγε, ut scriptum „referunt alii." — Atqui Τεγγε recte habet h. l. uterque noster codex mstus, quemadmodum et lib. I. p. 22 e. legebatur, ubi iidem duo versus iam adpositi erant; pariter apud Macrob. Saturn. VII. 15. et apud Plutarch Sympos. VII 1. Et supra quidem, mutata verborum serie, sic scribebatur, Οἴνῳ πνεύμονα τέγγε, ut apud Macrobium: at hic Τέγγε πλεύμονας οἴνῳ tenet

tenet uterque codex mstus, quemadmodum et apud Plutarchum l. c. scribitur. GROTEFENDIUS vero, memor per Aeolicum digamma scribi olim solitum nomen οἶνος, sic scripsisse poëtam censet: Τέγγε πλεύμονα Fοίνῳ Porro, æolicam doricamque formam, ἁ δ' ὥρα χαλεπὰ, tenent h. l. cum editis ambo mssti; sed in cod. *A.* super α et super πα notatur η vocalis. Dein vitiose in ed. Cas. legebatur, πάντα δὲ δειψῶ: recte vero πάντα δὲ διψῷ in ms. *Ep.* Prorsus monstrosum videri poterat quod est in ed. Ven. πάντα δέδιψαις, quod porro in δέδειψας detortum in ed. Bas. Sed istud ex ipso nostro vetere cod. *A.* derivatum, in quo est δὲ διψαις: qua in scriptura, primum, si demas postremam literam ς, vera scriptura διψᾷ inest, vocali iota pro vetusto more ad latus scripta. Deinde vero videndum, ne ς litera, in fine verbi, orta sit ex digammate Aeolico, quod ad sequentem vocem ὑπὸ pertinuisset, spiritus asperi locum ibi tenens: nam quemadmodum Aeolicum digamma nonnumquam sono *literae sibilantis* pronunciabatur; (veluti in ipsa voce ὑπὸ, unde est Latinorum *sub*; ut ab ἀπὸ, *ab*:) sic etiam scriptum olim fuisse novimus signo quod literæ Σ simile erat. Vide Villoisoni Diatrib. pag. 119. sq. Ex eodemque aut ex simili alio signo, quod aliis vocibus præpositum sono literæ *υ* vel *f* pronunciabatur, orta fortasse est illa scriptura, quam hodie libri habent,

habent, πλεύμονας οἴνῳ, pro πλεύμονα Fοίνῳ' Caeterum videsis quae de hac ecloga ad lib. I. pag. 22. a. notavimus. Laudatur hic a Grotefendio MITSCHERLICH ad Horat. III Od. 29, 17 sqq. et III. 13., 9. cuius liber nobis nunc in promtu non est.

τοῦ δὲ ἔαρος· Ἦρος ἀνθεμόεντος ἐπ' ἀΐον ἐρχομένοιο. „De *tempestate verna* sic ex *ALCAEO* „Athenaeus: τοῦ δὲ ἔαρος ἀνθεμόεντος ἐπαιον „ἀρχομένοιο. [ἐρχομένοιο scribere voluerat Animadversor, ut habent libri omnes in contextu: et hoc etiam in Animadv. repositum video in ed. Cas. 3] „Dalecampius emendat ἔπινον, ut „id probetur quod instituit docere. Similis est „vero haec correctio: non vera, iudice me. Nam „rectum est ἐπαΐον. Principium est odae: quo „ait poëta, *iam ver advenisse*: et statim *vinum sibi* „*misceri* iubet *in craterâ*. Audiamus Athenaeum: „καὶ προελθών, ἐν δὲ κίρνα τὸν τῷ μελιαδέως „ὄττι τάχιστα κρατῆρα. Id est: *et postea ait* „*Alcaeus in eo carmine*, *Misce quantocyus in craterâ* „*vinum suavissimum*." CASAUBONUS. — Iam, primum, ἐπαΐον quidem, ut ille voluit, sic scriptum exhibent ambo nostri codices mssti: at, quo pacto accipi vellet id verbum, non declaravit doctus Animadversor. Mire sane dixerit poëta: *Audivi redire ver*. Quin et illud languidum, *Intelligo*, *animadverto*, *redire ver*; quo pacto accepit Gallicus inter-

interpres. Perspecte vero *ἐπ' αἴόν'* legit GROTEFENDIUS, præeunte puto MITSCHERLICH, cuius ipse laudat notata ad illud Horatianum, (lib. I. Od. 4.)

Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni,
trahuntque siccas machinae carinas.

Ad exemplumque Venusini poëtæ versum qui in Alcæi carmine olim proxime exceperat illum, qui est ab Athenæo adpositus, tali modo supplevit idem GROTEFENDIUS:

„*Ἦρος ἀνθεμόεντος ἐπ' αἴόν' ἐρχομένοιο*
„*ἕλκοντι νᾶϝας ἐς βυθὸν κύλινδροι.*"

ἐπ' αἴόνα, æolice, pro *ἐπ' ἠϊόνα.* Versus, quem dein adponit Athenæus, sic scribebatur in ed. Ven. *ἐν δὲ κίρνα τὸν τῷ μελιαδέος ὄττι τάχιστα κρατῆρα.* In ed. Bas. vero, *ἐν δὲ κίρνῷ τὸν τῷ* etc. quæ eodem modo repetita in ed. Cas. 1. sed in ed. Cas. 2. et 3. *κίρνῳ τὸν τοῦ μελιαδ.* GROTEFEND sic scribit:

„*Ἐν δὲ κίρνα τὸν (τοῦ) μελιαδέος ὄττι τάχιστα*
„*κρατῆρα —*

At recte, ut nobis videbatur, *τῶ μελιαδέος* dedit noster cod. *A.* dorice et æolice pro communi *τοῦ μελιηδέος*, quod habet ms *Ep.* quodque ipsum etiam inter lineas scriptum exhibet cod. *A.* Articulum

culum τὸν vero neuter codex agnoscit: sed, pro eo quod in ed. Ven. est κίρνα τὲν, in ms. *Ep.* est κιρνᾶται, in ms. *A.* vero κιρνᾶτε, quod tenendum putavi.

ἐν δὲ τοῖς συμπτώμασιν etc. „Quod modo „dicebamus, κατὰ πᾶσαν περίστασιν significare „*quocumque rerum suarum statu, laeto aut tristi*, „certissimum est ex creberrimo auctorum usu. „Dalecampius, tamen vertit, *quovis statu caeli*. „Itaque non mirum, male cepisse eum postea „Athenæi verba, quibus probat quod ante dixe-„rat. Sunt autem hæc: Ἐν δὲ τοῖς συμπτώμα-„σιν, id est, *bibisse Alcaeum rebus adversis patet ex* „*istis:* sequuntur verba *ALCAEI*: Οὐ χρὴ „κακοῖσι μῦθον ἐπιτρέπειν, προκόψομεν γὰρ „οὐδὲν ἀσάμενοι ὦ Βακχί. Φάρμακον δ' „ἄριστον, οἶνον ἐνεικαμένοις μεθυσθῆναι. „Legendum θυμὸν, non μῦθον. *Haud par est*, „*malis animum permittere:* (hoc est, *cogitationi* „*adversorum casuum se dedere, et luctui indulgere.*) „*Proficiemus enim nihil cum nos cruciaverimus, o* „*Bacchi. Remedium vero optimum est, si vino huc allato* [*quod nobis adferendum curaverimus*] „*ad ebrietatem usque biberimus.*" Casaubonus. — Versus, quos suis numeris distinguere neglexerant Athenæi editores, satis commode jam in Lyricorum editionibus Casaubono superioribus erant distributi. Illud unum monendum supererat

Bentleio ad Horat. lib. III. Od. 2. postremum versiculum,

> οἶνον ἐνεικαμένοις [ἐνεικαμένους malebam]
> μεθυσθῆναι,

esse una syllaba longiorem: quare pro μεθυσθῆναι, ille μεθύσθαι corrigebat. Sed μεθυσθῆν, Aeolica dialecto, pro communi μεθυσθῆναι scripsisse Alcæum, perquam probabile fecit Kœnius ad Gregor. Corinth. de Dial. pag. 143 sq. Et nunc ecce, hoc ipsum nobis dedit optimus noster cod. A. (Silet h. l. Epitoma, in qua prætermissa est tota ista ecloga.) Mendosum vero μῦθον idem codex præiverat aliis: sed θυμὸν recte iam in H. Stephani Lyricis positum video. Vulgatum ἀσάμενοι, quod tenet Mstus noster cum editis, damnavit Bentley l. c. versui simul et sententiæ contrarium esse contendens, et ἀσώμενοι corrigens. At ipsum ἀσάμενοι ex dialecto pro ἀσώμενοι recte dici potuisse docuit idem, quem modo laudavimus, Koen ad Gregor. pag. 86. Pro Βακχὶ, quod erat editum, Βυκχὶ dedit noster codex: quam scripturam ut fidenter reciperemus commovit nos accedens ad vetusti codicis auctoritatem suffragium auctoris Etymologici M. diserte monentis, Βύκχις esse Aeolicum nomen, idem valens ac commune Βάκχις: ubi quidem non Βύκχις et Βάκχις penacute, sed Βυκχὶς et Βακχὶς scribi debuisse, ipsa exempla aliorum nomi-

nominum in ις desinentia, quae ibidem adferuntur satis ostendunt. Totam eclogam Horatiano stylo in hunc modum reddidit GROTEFENDIUS noster:

Non est querendum rebus in arduis:
frustra est quod omni tempore moereas,
o Bacchi. Lenimen malorum
praecipuum est, satiari Iaccho.

Νῦν χρὴ μεθύσκειν etc. „Sequuntur verba „Athenaei: Ἐν δὲ ταῖς εὐφρόναις: id est, *Rebus* „*laetis bibisse Alcaeum constat ex his.* Tum recitan„tur *ALCAEI* haec: Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καὶ „τινα πρὸς βίαν πονεῖν, ἐπειδὴ κάτθανε „Μυρσίλος. Lego, καί τινα πρὸς βίαν πινειν „*Nunc oportet ebrium fieri, et vel invitum bibere,* „*quando Myrsilus obiit.*" CASAUBONUS — Commendat h. l. GROTEFENDIUS, quae ad Horat. I. od. 37. commentatus est MITSCHERLICH. Ipse Graecos versiculos sic latine reddidit:

Nunc est bibendum, nunc violentius
potandum: habent iam Tartara Myrsilum.

πίνειν pro mendoso πονεῖν, quod quidem vetus etiam codex habet, iam ante Casaub. ab Henr. Stephano editum video. Sed et insignem sane veri speciem illa correctio habet,

Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καὶ χθόνα πρὸς βίαν παίειν: —

 quam

quam olim a viro docto apud Aemil. Portum ad Fragm. Lyricor. (Heidelb. ap. Commelin. 1598.) propositam; unice probavit Jani, in Comment. prima de Alcæo, Hal. 1780. Unde expressum his visum erat Horatianum illud, lib. I. od. 37.

Nunc est bibendum, nunc pede libero
pulsanda tellus.

Ex *Myrsilo*, Mitylenarum tyranno, (cuius Strabo meminit lib. XIII. pag. 617. ed. Cas.) perperam *Myrtilum* fecit Dalecampius.

In proximo versu Choriambico Sapphico,

Μηθὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω: pro vulgato δένδρον, quod tenent ambo mssti cum editis, δένδρεον oportuisse monuit Grotefendius, laudato Mitscherlich ad Horat. I. 18.

Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.

Pro Μηθὲν, quod cum ed. Bas. et Cas. tenet Epitoma, Μηθὲν recepi ex ms. *A.* et ed. Ven. Μηδὲν γ' ἄλλό scribendum censuerat Valckenaer ad Herodot. VIII. 109. ubi etiam de δένδρεον pro δένδρον ponendo monuit.

Ὁ ἐπὶ τοσοῦτον φιλοπότης. De scriptura φιλοπώτης, quam hic habet ms. *A.* vide not. ad pag. 427. a. Sic rursus ἀκρατοπῶται per ω scribitur in eodem, pag. 432. a. et similiter deinde

in eisdem similibusque nominibus. *Ibid.* Φησὶ Σέλευκος. *SELEUCUS*, Grammaticus: puto, in *Glossis*, sæpius laudatis Nostro. Quod ait, *αὐτὸ γοῦν τὸ ποιημάτιον*: *ipsum illud carmen* dicit, in quo leguntur verba illa, supra lit. *a*. citata, de quorum sententia quæritur.

Sequitur ex ipso illo carmine ecloga, cuius maior pars infra lib. XI. pag. 481. a. (nec tamen sine varietate) repetitur. Illa hoc loco in ed. Cas. in hunc modum scripta erat: *Πίνωμεν, τί τὸν λύχνον σβέννυπεν; δάκτυλος ἁμέρα, καδδ' ἀνάειρε κυλίχναις μεγάλαις, αἱ τὰ ποικίλα. οἶνος γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς υἱος. λαθικάδέ* [*λαθικαδδ'* ed. Ven. et Bas.] *ἀνθρώποισιν ἔδωκεν. Ἔγχεε κιρνὰς ἕνα καὶ δύο πλέαις. κάκκεφαλᾶς δ' ἅτερα τὰν ἑτέραν κύλιξ ὠθείτω*, Codex *Ep.* non nisi prima verba habet, *Πίνωμεν, τί τὸν λύχνον σβέννυμεν*; Codex *A.* nihil ab edita scriptura dissentit, nisi quod, pro *κιρνὰς*, *κιρναις* habet, nescio quo accentu: de qua forma participii æolica paulo ante dictum ad lit. *b*. Infra, pag. 481. tota ecloga deest in Epitoma: in editis vero consentiente ms. *A.* sic legebatur; *Πίνωμεν, τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν; δάκτυλος ἁμέρα. καδδ' ἄειρε* [*καδδάρει* ed. Ven. *καδδάξαι* ed. Bas.] *κυλίχναις μεγάλαις αἶ* [*αἱ* ed. Ven.] *τὰ ποικίλλης οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς λαθικήδεα ἀνθρώποισιν ἔδωκεν, ἔγχεαι, κέρνα, ἕνα καὶ πλείους*, Quibus e duo-

e duobus locis inter se collatis totam eclogam in hosce versus distinctam olim exhibuerunt Lyricorum Græcorum editores:

Πίνωμεν. τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν; δάκτυλος ἀμέρα.
Καδδ' ἀνάειρε κυλίχναις μεγάλαις αἱ τὰ ποικίλα·
οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς υἱὸς λαθικηδέα
ἀνθρώποισιν ἔδωκ'. ἔγχεε κιρνὰς ἕνα καὶ δύο
πλείαις. κακκεφαλᾶς δ' ἀτέρα τὰν ἑτέραν κύλιξ
ὠθείτω. ἕνα πρὸς δύο ὕδατος πρὸς τρεῖς ἀκράτου.

Ubi mireris, quid sit quod postrema illa, ἕνα πρὸς - - ἀκράτου, tamquam poëtæ verba adiecerint; quum hodie post ὠθείτω ista statim legantur, ἕνα πρὸς δύο ῥητῶς κιρνάναι κελεύων, quæ manifeste *Athenaei* sunt, non *Alcaei*. De quo quoniam monere lectorem insuper habuit CASAUBONUS, qui totam etiam aclogam h. l. in Animadv. prorsus silentio præteriit; monemus nos, in ed. Ven. et Bas. post illa, ὠθείτω et ἕνα πρὸς δύο, omissis quatuor fere et viginti verbis, statim sequi illa, ὕδατος πρὸς τρεῖς ἀκράτου: quo factum, ut ista omnia etiamnum poëtæ verba esse viderentur. Quæ deerant superioribus editionibus, ea tacite ex Italicorum codicum lectionibus adiecit Casaubonus: quæ et eadem noster

noster codex *A.* habet, et illud amplius, quod, ubi nude Φιλέταιρος Τηρεῖ posuerat Casaubonus, codex noster Φιλέταιρος δ' ἐν Τηρεῖ dederit. Sed redeamus ad eclogæ initium, in quo quod hoc loco *vers.* 1. consentientibus ambobus nostris msstis legitur, τί τὸν λύχνον σβέννυμεν; id hactenus probavit tenendumque censuerat RUTGERSIUS, Lect. Venus. cap. 4. ut metri caussa τί λύχνον σβεννύομεν (abiecto τὸν articulo) scriberetur: locum hunc Horatio obversatum esse censens, cum lib. III. oda 21 extr. scriberet, *te* (*testam* vel *amphoram*) *vivae producent lucernae.* Ita scripturæ hic vulgatæ sententia hæc erit: *Quid lucernam extinguimus*, nempe, finem facientes compotationi, et cubitum ituri? Sed facile mihi persuadeo, (quæ longe plerorumque interpretum sententia est) vitiosam istam esse quamvis vetustam huius loci scripturam, uniceque veram eam quæ inferiore loco (XI. 481. a.) servata est, ἀμμένομεν. De qua CASAUBONUS in Animadv. ad illum locum ita commentatus est: „Subjicitur „*ALCAEI* locus elegans, qui eius poëtæ Φιλοινίαν, de qua dictum est libro decimo arguit „manifestissime. Πίνωμεν, ait; τί τὸν λύχνον „ἀμμένομεν; δάκτυλος ἁμέρα. Antiqui, cum „fere parcius pranderent, et cœnabant liberalius, „et compotationes suas eo reservabant. Tempus „autem cœnæ erat *vespera* et λύχνων ἁφαί. Ita „viri graves et occupati: nam qui aliter vitam

„institue-

„instituebant, hi et *tempestiva* agitabant, *convivia*, „et ad pocula *de die* accedebant. Hoc igitur „Alcæo poëtæ vinoso nunc dolet, quod propter „sobrios sodales *horam lucernalem* cogatur *expectare*. „*Quid moras trahimus?* inquit: *quid exspectamus* „*ut vespera fit?* Ecce iam advesperascit: iam, *qui* „*restat dies*, *digitus est*, sive *digito non longior*. Re- „rum mensura, pro varia ipsarum natura, varie „iniri solet. Sed poëtæ locutionibus suis natu- „ram rerum interdum pervertunt. Tale hoc „Alcæi, δάκτυλος ἡμέρα. Nam *digitus* non est „mensura tempori conveniens; verum locorum „intervallis, et corporibus continuis: dies per ho- „ras, semihoras, et vigilias metimur. Simili „elegantia dixit comicus Alexis,

„κρείττων ἐκεῖνός ἐστιν ἡμέρας δρόμῳ:

„et Aristophanes, in Ranis, quosdam adolescen- „tes ait esse:

„Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλιστέρους.

„Idem, in Nebulis: τῶν Ἑλλήνων εἶναί με λέγειν „ἑκατὸν σταδίοισιν ἄριστον. Athenæus libro tertio, [pag. 98. c. d.] „ait, nonnullos inso- „lentia locutionum πολλοῖς παρασάγγαις ὑπερ- „δραμεῖν τὸν Διονύσιον. Assentior autem do- „ctissimo et de literis Græcis optime merito *Hen-* „*rico* STEPHANO, existimanti [in Notis ad Ana- creont. p. 78, et in Schediasm. lib. III. num. 30.] „dictum

„ dictum illud Alcæi, δάκτυλος ἡμέρα, pridem „ in proverbium abiisse; quod Græci Parœmiographi per imperitiam corruperunt, et in Δακτύλου ἡμέρα perperam commutarunt. [Vide Zenobii Cent. III. Proverb. 3. et ibi Andr. Schotti notata; Diogenian. Cent. IV. 13. Suid. in Δάκτυλοι, et Hesychii Interppr. ad voc. Δακτύλλου ἡμέρα.] „ Epigrammatarius poëta [in Anthol. lib. VII. pag. 485. ed. Steph. *Asclepiades*, in Analect. Brunckii, T. I. pag. 213.] „ eodem „ sensu dixit δάκτυλος ἀώς: nam ἠώς, inter „ cæteres, etiam *diem* significat, ut observant „ Poëtæ interpretes. Neque dubium est, quod „ primus omnium recte eruditissimus idem Stephanus observavit, Alcæi superiora verba „ respexisse eum poëtam epigrammatorum, cum „ faceret:

„ Πίνωμεν Βάκχου ζωρὸν πόμα, δάκτυλος ἀώς.
„ ἢ πάλι κοιμιστὴν λύχνον ἰδεῖν μένομεν;

„ *ALCAEI* verba, quia parum emendate scribuntur isto loco, [nempe lib. XI.] partim ex libro „ superiore, [nempe ex hoc loco, in quo versamur,] „ partim ex conjectura emendata nobis, „ adscribemus:

„ Πίνωμεν· τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν;
„ δάκτυλος ἀμέρα. κὰδδ' ἀνάειρε
„ κυλίχναις μεγάλαισι καὶ πυκιναῖς.

„ οἶνον

„οἶνον γὰρ ὁ Σεμέλας καὶ Διὸς
„λαθικήδε᾽ ἀνθρώποισιν ἔδωκεν.
„ἔγχευε κίρναις ἕνα καὶ δύο πλέαις.“

Hæc ibi CASAUBONUS; qui hic, ut modo dixi, nihil prorſus ad hanc eclogam adnotaverat. Caſauboni verſus iſtos, cum tota lectione ab illo concinnata adoptavit Brunck, in Notis ad Analect. pag. 44. Alii viri docti, quos nos ſecuti ſumus, metri genus probarunt longioribus verſibus conſtans: *Aſclepideum maius* ſ. *choriambicum Alcaicum* vocat JANI in Comment. II. de Alcæo, cum RUTGERSIO in Lect. Venuſinis; *choriambicum Sapphicum*, GROTEFEND in ſchedis nobiscum communicatis.

Verſ. 1. Scripturam quam hic tuentur veteres libri, τί τὸν λύχνον σβέννυμεν; loco ſmovere non ſumus auſi, probatiorem ſcripturam ſub contextu notaſſe ſatis habentes. Illum verſum ſic legit GROTEFEND cum JANI:

Πίνωμεν. τί λύχνους (vel λύχνως) ἀμμένομεν; δάκτυλος ἁμέρα.

PORSONUS vero, ad Euripidis Medeam, vſ. 494.

Πίνωμεν. τί τὰ λύχν᾽ ἀμμένομεν; δάκτυλος ἁμέρα.

Monens pluralem λύχνα reperiri apud Herodot. II. 62. et 133. (vide Athen. X. 138. b) et apud Euripi-

Euripidem, in Cycl. vf. 514., ed. Musgr. Dictionem vero *δάκτυλος ἁμέρα* non equidem cum Cafaub. de *reliqua diei parte* intelligam: fed de *toto die*, quin et cum Reinesio (Var. Lect. pag. 105) de univerfa vitæ humanæ brevitate; quam in partem Seneca dixit, *punctum eft quod vivimus, et adhuc puncto minus.* Eamdem in fententiam, Græcum verfum his duobus verficulis latinis Grotefendius reddidit:

Iam nunc bibamus: quid terimus diem
usque ad lucernas? summa brevis dies.

coll. Horat. I. 4. 15.

Verfum 2. idem Grotefendius græce fic fcribens:

Καδδ' ἄειρε κυλίχναις μεγάλαις αἴματα ποικίλα, latine fic reddidit:

Deprome nunc magnis lagenis
fanguinei latices coloris.

nempe *αἴματα ποικίλα*, pro eo quod hic vulgo *αἰ τὰ ποικίλα*, libro XI. vero *αἰ τὰ ποικίλλης* (*ποικίλλις* in cod. *A.*) fcribitur. Eamdem correctionem iam publice nuper Fiorillo, in Obferv. in Ath. pag. 74. propofuerat; monens „*αἴματα* hic effe *vina vario colore, fanguineo, flavo,* „*ποικίλα.*" — „*Αἷμα*, pro *vino*, (inquit Gro„tefend, in Schedis msstis) „non inufitatum

„eft,

„ est. Idem vocab. in fragm. Cyclopis Timothei „ apud Athen. XI. pag. 465. c. latere puto, ubi „ ἔμισγε δ' αἷμα Βακχίου restitui, pro δ' ἅμα." — Ex ista interpretatione, voces κυλίχναις μεγάλαις fuerint (id quod prima specie profitentur) *dativi casus*; quam in partem etiam Jani acceperat, sic legens:

„ Καδδ' ἄειρε κυλίχναις μέγαλαις καὶ, παῖ, ποικίλαις."

adiecta hac adnotatione: „ Postquam admonuit „ amicos Alcæus, ut iam nunc de die potare inci„ perent, statim ipse magisterium vini capessit: „ *affer*, (et ministra vinum) *puer, magnis et variis* „ *poculis*. *Variis*, id est, pretiose cælatis, auro „ gemmisque distinctis. ἀείρειν solemne hoc sensu „ vocabulum est, ut apud Homer. Iliad ζ'. 264." — Rutgersius (ob oculos, puto, habens mendosam editionis Bas. scripturam ἀνάεινε, pro ἀνάειρε) eumdem versum in hunc modum concinnaverat:

„ Καδδ' ἄντεινε κυλίχνας μεγάλας, αἴτεε ποικίλα."

Latine sic vertens: *Da magnos calices, et variis poscito poculis.* Cautior his Porsonus, loco modo citato, contentus scripturæ varietatem ex X. 430. d. et XI. 481. a. protulisse: „ *Secundum* „ *versum*, ait, qui velit et possit, corrigat." — Sane,

Sane, quid in posteriore hemistichio de illa librorum scriptura αἱ (vel αἶ) τὰ ποικίλα (sive ποικίλλης aut ποικίλλις) faciendum sit, minime adhuc ad liquidum perductum videtur: quamvis enim speciosa sit Grotefendii et Fiorilli emendatio, dissimulari tamen nequit duriusculi aliquid habere ista αἵματα ποικίλα. Cæterum illud observari velim, κυλίχναις μεγάλαις ex Alcæi dialecto posse esse *accusativos*, idem valentes ac κυλίχνας μεγάλας: de quo Aeolismo Kœnius monuit ad Gregor. Corinth. pag. 94 sq. Id si hic locum habere statuas, percommode deinde πλείαις *vers.* 5. eodem modo accipietur: nempe, Ἔγχεε πλείαις, (id est πλέας, scil. κυλίχνας:) κιρναῖς vel κιρναὶς (id est, κιρνὰς) ἕνα καὶ δύο: scilicet ἕνα ὕδατος κύαθον, καὶ δύο οἴνου. *Infunde plenos calices, miscens singulos aquae cyathos cum duobus vini.* Sed etiamsi pro *dativis* casibus accipias, eadem manebit sententia, subintelligendo accusativum οἶνον.

De *tertio versu* et *quarti* initio, nullum est dubium. Cum sententia, per se satis perspicua, tum ambo Athenæi loca inter se collata, satis ostendebant, sic scriptum oportuisse:

Οἶνον (sive Ϝοῖνον malueris,) γὰρ Σεμέλας
καὶ Διὸς υἱὸς λαθικάδεα
ἀνθρώποισιν ἔδωκ'. —

Pro

Pro ἔδωκεν, quod utroque loco vulgo legebatur, ἔδωκ' per apostrophen desiderabat metri ratio. λαθικάδεα (i. e. ληθικήδεα) οἶνον; Horatio esse vinum *obliviosum*, lib. II. Od. 7, 21.) pridem monuere interpretes. Quod sequitur (*vers.* 4 sq.)

— Ἔγχεε κιρναῖς ἕνα καὶ δύο
πλείαις. —

de scriptura κιρναῖς vel κιρναὶς, quam hic dedit ms. *A.* paulo superius dictum ad lit. *b.* Tum ex huius loci scriptura πλέαις, collata cum πλείους, quod altero loco legebatur, existebat πλείαις, quod recepi praeeuntibus Rutgersio, Jani, et Porsono. πλείους placuit Grotefendio et Fiorillo. De totius ῥήσεως sensu paulo ante monuimus. Sed in aliam sententiam Grotefendius noster accepit, postremam eclogae partem latine sic reddens:

Infunde miscens munera Liberi:
primae secundam junge laguncula m;
expellat ex nostro cerebro
iste calix calicem priorem.

Vers. 5. Sic scripsit Jani, praeeunte Rutgersio:

πλείαις· κὰκ κεφαλᾶς δ' ἀτέρα μὲν τὰν
ἑτέραν κύλιξ ὠθείτω.

inserta μὲν particula, quam poscere metrum videbatur. Eamdem particulam tenentes Grotefend

FEND et FIORILLO; insuper τὰν δ' ἑτέραν scribunt, δ' particulam nescio qua necessitate quove consilio inserentes. PORSONUS vero ἁ δ' ἑτέρα pro δ' ἀτέρα scribens, rectius consuluisse metro videtur: sed, quod apud illum (in prædicta Adnot. ad Eurip. Med. 494) tali verborum distinctione scribitur versus,

πλείαις κακκεφαλᾶς· ἁ δ' ἑτέρα τὰν ἑτέραν
κύλιξ

id quidem consultò-ne à Viro doctissimo factum sit, an per typothetæ sphalma in editione Lipsiensi commissum, definire non ausim. κακκεφαλᾶς sane valet κατὰ κεφαλῆς: quod qua ratione hic cum superioribus jungatur, haud satis percipio. Ex vulgata scribendi ratione sensus erit, quem in versione expressimus, *alius calix alium e capite pellat*: quam in eamdem sententiam Antiphanes apud Nostrum, II. 44. a. dixit, Οἴνῳ τὸν οἶνον ἐξελαύνειν.

Idem libr. XI. c. II. p. 188. T. IV.

Καὶ 'Αλκαῖος.

'Εκ δὲ ποτηρίων πώνης 1) διννομένη 2)
παρισδων. 3)

LATI-

1) Varie tentarunt, nulla certa ratione.

2) Corrigunt δινομένη, aut Δεινομένει.

3) Temere παρισδον ed. Bas. et Cas. παρισδωνι ms A. Quod valere possit παρίσδω νύν.

LATINE.

Et Alcæus:

A poculis vero πώνης Dinomeni adsidens.

Animadversiones SCHWEIGHAEUSERI ad h. l. Tom. VI. pag. 11 et 12.

Καὶ Ἀλκαῖος· Ἐκ δὲ ποτηρίων πώνης δεννομένη παρίσδων. „Testimonium *ALCAEI* pro „deposito non injuria habuerim. Sed tentare quid „vetat Ἀλκαῖος, ait, ἐκ δὲ ποτηρίων πώνης † „δεννομένη παρίσδον. Scribo: Ἐκ δὲ ποτηρίων „πιόντες, δειπνουμένῃ παρίσδον. *Cum e pocu-„lis bibissent, illi cœnanti assederunt:* vel Δεινομένει „παρ. *Dinomenes*, usitatum Græcum nomen." Casaubonus. — δινομένη legebat Dalecampius, et πολλάκις vel πυκνῶς, pro πώνης, sic vertens: *A poculis frequenti vertigine jactata assedi.* Similiter Fiorillo, Observ. in Athen. pag. 28 Ἐκ δὲ ποτηρίων πονηρῶς δινομένη παρίσδον. Sed quoniam et alibi idem Alcæus (in Fragm. quod apud Hephæstionem in Enchirid. legitur) *Dinomenis* cuiusdam *Tyrracii* meminit; sive ille sit Gelonis et Hieronymi pater, regum Syracusarum, sive alius; perquam est probabile, Δεινομένει hic quoque scriptum oportuisse. *Dinomenis*, quem dixi, meminere Herodotus VII. 145. Diodorus

Sicul.

Sicul. XI. 67. et Pausan. VI. 12. De voce πώνης quid facerem aut statuerem, nihil prorsus occurrebat: videndumque, dum certius quid aut probabilius saltem proferatur, ne proprium nomen sit. Tentaveram ΙΤΩΝΗΣ: quod tamen parum convenire videbatur. (vide interim Suidam in Ἰτώνη Steph. Byz. in Ἴτων, aliosque laudatos ad Hesych. in Ἰτωνία.) Quod si quidem δινομένη teneas, simplicem ν literam pro gemina potuisse contenus, aut si δινομένῃ in dativo casu scribendum censueris; forsan haud improbabilis videbitur Pauwii ratio qui πώνης legens subscripto iota, *doloribus agitata* vel *agitatae* interpretatus est: (in Præfat. ad Phrynich. p. 40.) πῷνα nempe cum ποινὴ conferens, et ad Hesychium provocans, apud quem πῶννα per λύπη exponitur. Quam in cogitationem etiam Pursanum incidisse video: qui, in ora sui olim libri, vel πυκνῶς corrigendum adnotavit, ex Dalecampii mente; vel πώνναις, æolice pro ποιναῖς. Sed in tam brevi fragmento nescio quo fato accidit, ut in singulis pæne verbis turbæ cierentur. Nam παρίσδον quidem, quod in ed. Bas. et Cas. legitur, non nisi temere et per operarum (ut videtur) errorem irrepsit. παρίσδων habet ed. Ven. id est, *adsidens*, in participio: ex msto *A.* vero enotatum παρίσδωνι, nihili verbum; quod si ex παρίσδων ιν decurtatum statuas, fuerit παρίσδω activa notione accipiendum, *adsidere facio illum* vel *illos.*

Consulto omisi *Samuelis* Petiti commenta ad hoc fragmentum spectantia; quæ qui nosse cupit, adeat eius Miscell. lib. VII. cap. 8.

Idem libr. XI. pag. 270. Tom. VI.

Κότυλος. Τὰ μόνωτα ποτήρια, κότυλοι· ὧν καὶ Ἀλκαῖος μνημονεύει.

LATINE.

Cotylus. Pocula una tantum ansa instructa *cotyli* vocantur; quorum etiam Alcæus meminit.

Animadversiones Ejusdem Tom. VI. pag. 149 et 150.

Κότυλος. Τὰ μόνωτα ποτήρια, κότυλοι. „Hesychius, inter alias interpretationes vocis „Κοτυλίσκος: Τινές, ait, τὰ μόνωτα ποτήρια." Casaubonus. — Vocab. Κότυλος non adnotavit doctus ille Lexicographus. Aliam vero vocabuli κοτυλίσκος interpretationem, quæ primo loco ab eodem posita est, infra notabimus ad p. 479. c. *Ibid.* ὧν καὶ Ἀλκαῖος μνημονεύει. Mirum ni *verba* etiam *Alcaei* adposuit auctor. Sed omiserat eadem fortasse vetustior Grammaticus, e quo hæc depromsit noster.

Idem

Idem libr. XI. pag. 281. Tom. IV.

Καὶ Ἀλκαῖος·

Πίνωμεν, τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν; δάκτυλος ἀμέρα.
Καδδ' ἄειρε κυλίχναις μεγάλαις αἶ τὰ ποικίλαις.
Οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς λαθικήδεα.
Ἀνθρώποισιν ἔδωκεν. ἔγχεε, κίρνα, ἕνα καὶ πλείους.

Καὶ ἐν τῷ δεκάτῳ.

Λάταγες ποτέονται κυλιχνᾶν ἀπὸ Τηΐαν.

ὡς διαφόρων γινομένων καὶ ἐν Τέῳ κυλίκων.

LATINE.

Et Alcæus:

Bibamus! quid lucernam exſpectamus? Digitus dies eſt,
Prome maiora pocula, dilecta (ſive ſocialia,) varia.
Vinum enim Semelae Jovisque filius curarum oblivionem.
Hominibus dedit. Infunde, misce, unum et plures.

Et in decimo:

Latages volant Teiis e poculis.

 Animad-

Animadverſiones Ejusdem ad h. l. p. 166 et 167. Tom. VI.

Καὶ Ἀλκαῖος. Diceres, *Alcaeum* pariter atque *Achaeum* κυλιχνίδας dixiſſe. At in utroque, quod adfertur, teſtimonio brevius κυλίχνας dicit, (a recto caſu, ἡ κυλίχνη,) non κυλιχνίδας, quod eſt a ſing. ἡ κυλιχνίς. Quare hactenus paulo commodius in Epitome ſcribitur, Ἀλκαῖος δὲ κυλίχνας: ſed utrumque dein teſtimonium huius poëtæ prætermiſit Breviator.

Πίνωμεν. τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν etc. De hiſce *ALCAEI* verſiculis copioſe ſupra dictum eſt, ad X. 430. d. ubi etiam ea adpoſuimus: quæ ad hunc ipſum locum Casaubonus adnotavit. Quibus nihil, quod nunc adjiciamus, habemus, niſi id quod interim demum atque adèo nuperrime, cum hos verſus relegeremus, in mentem venit. Scilicet *verſus ſecundus*, quem ſuperiore loco ita ut ibi vulgo legebatur edidimus,

καδδ' ἀνάειρε κυλίχναις μεγάλαις αἶ τὰ ποικίλα, quum hic in hunc modum editus eſſet,

καδδ' ἄειρε κυλίχναις μεγάλαις αἶ τὰ ποικίλλης, advertebat nos ſcriptura veteris codicis *A.* qui tenet quidem αἶ τὰ, nec vero ποικίλλης hic habet, ſed ΠΟΙΚΙ'ΛΛΙΣ: quod haud dubie ex ΠΟΙΚΙ'ΛΛΑΙΣ detortum videbatur, ut ποικίλλαις fuerit adjectivum eodem caſu) ſcil. Dorico

ve

vel Aeolico accusativo plurali) positum, ac μεγάλαις, simul cum hoc ad substantivum κυλίχναις referendum. Cuius observationis consequens erat, ut etiam in vocibus αἱ τὰ aliud adjectivum eodem in casu positum quaeremus. Et mox id ipsum, quod quaerebamus, in vocabulo ἀΐταις, (quod vel *dilecta* (pocula) interpretari possis, vel *socialia*) ratione tam probabili invenisse nobis visi sumus, ut propemodum in ipsum contextum recipere auderemus; ne tamen videremur in inventis nostris nimis justo placere nobis, satis habuimus in proximo adnotare. Vocabulum ἀΐτης, Dorice ἀΐτας, et τὸν ἐρώμενον significare, et ἑταῖρον, Hesychius, Etymologus, aliique Grammatici monuerunt, quos et H. Stephanus in Indice Thesauri, et Albertus ad Hesychium laudarunt. Conf. veterem Theocriti interpretem, in argumento Idyllii duodecimi. Eodem vocabulo, sive ab hoc derivato, Alcman usus est, ἀΐτας vel ἀϊτίας χορδὰς dicens *amabiles chordas*. — In altero *ALCAEI* fragm. pro Τηΐαν, perperam Τηΐᾶν scribitur in ed. Cas.

Idem

Idem libr. XIII. p. 163. Tom. V.

Ex Hermesianactis Leontio v. 47. 48.

Λέσβιος Ἀλκαῖος δὲ πόσους ἀνεδέξατο
κώμους,
Σαπφοῦς φορμίζων ἱμερόεντα πόθον,
γιγνώσκεις 1)

LATINE.

Lesbius Alcæus quot susceperit comessationes,
Sapphûs cithara canens amabile desiderium.

Idem libr. XIV. pag. 271 — 273. Tom. V.

Ἀλκαῖος γοῦν ὁ ποιητής, εἴ τις καὶ ἄλλος μουσικώτατος γενόμενος πρότερα τῶν κατὰ ποιητικὴν τὰ κατὰ τὴν ἀνδρείαν τίθεται, μᾶλλον τοῦ δέοντος πολεμικὸς γενόμενος. διὸ καὶ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις σεμνυνόμενος φησίν.

Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ·
Πᾶσα δ' Ἄρῃ 2) κεκόσμηται στέγη
Λαμ-

1) Γινώσκεις Ms.

2) Ἄρει edd.

Λαμπρωῖαιν κυνέαισι, 1) καττᾶν λευ-
κοὶ καθύπερθεν ἵππειοι 2) λόφοι
κύουσιν, κεφαλαῖσιν ἀνδρῶν τα-
γάλματα 3) χάλκεαι δ' αὖ πασ-
σάλοις. 4)
κρυπτοῖσιν περικείμεναι λαμπραὶ
κναμῖδες, ἄρκος ἰσχυρῶ βέλευς. 5)
θώρακες τε νέω λίνω 6) καὶ κοι-
λαὶ δὲ 7) κατ' ἀσπίδες 8) βεβλη-
μέναι. 9)

Παρ'

1) Λαμπραῖσι κυνέαισιν vulgo.

2) Ἵππιοι vulgo.

3) Ἀγάλματα vulgo absque artic.

4) χάλκειαι δὲ πασσάλοις vulgo.

5) Ἕρκος ἰσχυροβελὲς edd.

6) Νέῳ λίνῳ edd.

7) Κοιλαί τε, absque καὶ vulgo.

8) Κατασπίδες vulgo.

9) Βεβλημένον edd. unde βεβλημένων corrigunt viri docti.

Παρ̀ δ' αὖ χαλκίδικαὶ σπάθαι, παρ̀ δὲ
ζώματα πολλὰ καὶ κυππατίδες· 1)
τῶν οὐκ ἔςι λαθέσθ', 2) ἐπειδὴ πρώ-
τισθ ὑπὸ ἔργον ἔσταμεν τόδε. 3)

LATINE

Priſcis vero temporibus Muſica ad fortitudinem fuit adhortamentum. Alcæus quidem poëta, muſicea ſi quis alius ſcientiſſimus, poëticæ arti bellicam virtutem anteponit, cum magis quam neceſſe erat bellicoſus fuiſſet. Itaque rebus bellicis glorians, ait:

Splendet mea magna domus ære,
totumque Marti ornatum eſt tectum
nitentibus galeis, equibus de ſuper
albæ equino e pilo criſtæ
nutant, capitibus virorum veriſſimi
ornatus: æneæ item occultis
clavis circum poſitæ ſplendidæ
ocreæ, tutamen adverſus validum telum;
thoracesque novo e lino, cavique

Clypei

1) Κυππατίδες vulgo.

2) Λαθέσθαι vulgo.

3) Πρώτιςα ὑπό ἔργον edd, πρώτιςα ὑπ' ἔργον malles.

Clypei (a fugientibus) projecti.
Adsunt porro Chalcidici enses, itemque baltei frequentes, et campestria.
Quorum me par est meminisse, qui omnium primum hoc opus gessi.

Animadversiones Ejusdem ad h. l.
Tom. VII. p. 413 – 417.

'Αλκαῖος γοῦν ὁ ποιητής — — — ἐπὶ τοῖς τοιούτοις σεμνυνόμενος φησίν· Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ. Doctus olim Horatii interpres *Christian. Dav.* Jani, in Commentatione *de Alcaeo Poëta Lyrico*, Halae 1782 edita, insigne hoc *ALCAEI* fragmentum ad iustos metri modulos redigens et brevibus Notis illustrans, de argumenti summa haec monuit: „Gloriam suam bellicam, „ex eaque summam felicitatem ita declarat *Alcaeus*, „ut domum suam non auro, non argento, non „pretiosa supellectile, sed spoliis atque exuviis „victorum a se caesorumque hostium plenam „exornatamque describat."

Ipsa *ALCAEI* ῥῆσις prorsus non distinctis versiculis adposita erat in ed. Ven. et Bas. eodemque modo exhibetur in Henr. Stephani Lyricorum Fragmentis, pag. 276. Eamdem in tredecim versiculos nulla certa ratione distributam, caeterum eisdem

eisdem verbis quibus superiores editones, exhibent Casaubonianæ Athenæi editiones, in quibus tota sic concepta:

Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ·
πᾶσα δ' Ἄρει κεκόσμηται στέγη,
λαμπραῖσι κυνέαισιν· καττᾶν
λευκοὶ καθύπερθεν ἵππιοι λόφοι
νεύουσιν, κεφαλαῖσιν ἀνδρῶν ἀγάλματα.
χάλκειαι δὲ πασσάλοις κρυπτοῖσιν
περικείμεναι λαμπραὶ κναμίδες
ἕρκος ἰσχυροβελὲς θώρακές τε νέῳ
λίνῳ,
κοῖλαί τε κατασπίδες βεβλημένου·
παρ' δὲ Χαλκιδικαὶ σπάθαι,
παρ' δὲ ζώματα πολλὰ καὶ κυππατίδες,
τῶν οὐκ ἔστι λαθέσθαι ἐπειδὴ
πρώτιστα ὑπὸ ἔργον ἔσταμεν τόδε.

Ad quæ spectant Casauboni Animadversiones hæ: „In *ALCAEI* versibus non capio illa, θώρα-„κές τε νέῳ λίνῳ: et censeo scribendum, νέω „λίνω dorice: *thoraces novi lini;* id est, *linei novi:* „vel ἀσπίδες τε [θώρακές τε scribere voluerat] „νεόλινοι. Parum etiam intelligo proxima verba: „κοῖλαί τε κατασπίδες βεβλημένου: sed neque „alius quisquam mortalium capiat, quin emenda-„rit prius. Lego, κεῖνται δὲ καὶ ἀσπίδες βεβ-„λημένων: *jacente* in meis ædibus *et clypei occisorum:* „vel κεῖθι καὶ ἀσπ. Scripti quidam βεβλημέναι: „quod

,, quod etiam ferri potest. Quemadmodum autem
,, necessario hæc erant emendanda: sic errant gra-
,, viter, qui hæc, *παρ' δὲ Χαλκιδικαὶ σπάθαι*,
,, *prope sunt Chalcidicae spathae*, censent corrigenda,
,, et legunt *χαλυβδικαί*." (Hi qui sint nescio,
nisi *Natalem Comitem* in animo habuit, qui *aereos enses* interpretatus erat.] ,, Veteres Chalcidica ap-
,, pellabant *opera ex ferro aut ære* aliove metallo:
,, quia Chalcide in Eubœa cœpta conflari opera
,, ex ære: quod probant antiqui argumento ex
,, ipso nomine petito. Stephanus: *Τινὲς Χαλ-*
,, *κιδεῖς φασι κληθῆναι διὰ τὸ χαλκουργεῖα πρῶ-*
,, *τον παρ' αὐτοῖς ὀφθῆναι.* Vel *Chalcidicas* ex-
,, pone *Scythicas*. Chalcis enim urbs nobilis fuit
,, Scytharum, cuius meminit idem Stephanus.
,, Utriusque interpretationis subobscure meminit
,, Hesychius." [Eum vide in *Χαλκιδική*: sed con-
fer eumdem in *Χάλυβοι* et *Χαλυβδική*: pro qui-
bus, ut ab Interpretibus monitum est, *Χάλυβες* et *Χαλυβική* scriptum oportebat, quod etiam
literarum series ostendit.] ,, Similiter apud Poëtam
,, *νώροπα χαλκὸν* [Iliad. β'. 578. λ'. 16. etc.]
,, existimarunt quidam e veteribus dici a gente illa,
,, quæ postea leviter mutato nomine appellata est
,, *Norica*: ibi enim antiquissima ex ære et ferro
,, facta esse opera. Clemens Alexandrinus: *Νώρο-*
,, *πες ἔθνος ἐστι Παιονικόν· νῦν δὲ Νωρικοὶ κα-*
,, *λοῦνται κατειργάσαντο χαλκὸν, καὶ σίδηρον*
,, *ἐκάθηραν πρῶτοι*. Ait *Alcaeus*: *Παρ' δὲ ζώματα*
πολλά

„πολλαὶ καὶ κυπασσίδες. Lego κυπασίδες. Hesy-„chius: Κύπασις, περίζωμα καὶ χιτῶνος εἶδος. „Ex Alcæo colligas, *cingulum militare* ita dictum, „aut aliquam aliam armaturæ partem. . Plura „Suidas: apud quem scriptum κύπασσις. Post-„remo addit Lyricus: ἐπειδὴ πρώτιστα ὑπὸ ἔργον „ἔσταμεν τόδε. Corrigo πρώτιστοι: *quia primi* „*stetimus in eâ pugnâ.*" Hæc Casaubonus.

Nos cum in degerendis versiculis, tum in verborum lectione constituenda, eam maxime secuti rationem sumus, quam Jani præiverat loco paulo ante laudato; nonnulla tamen haud spernenda optimus codex *A.* nobis contulit: nam in *Epitomâ* nihil fuit præsidii, quippe in qua brevissime ista expediuntur in hunc modum: Ἀλκαῖος — — — διασεμνυνόμενος φησί· Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ, καὶ ἄλλα τοιαῦτα: dein statim ad illa transitur, Καί τοι ἤρμοττε ἴσως etc. Versiculi sunt alternatim longiores brevioresque, quorum modulos hoc schemate descripsit vir doctus, quem secuti sumus:

— — | — υ υ — | υ — | — —
— υ υ — | υ — | — — | υ —

Vers. 2. scripturam Ἄρῃ ex ms. *A*, recepimus, *Marti*, i. e. Martis in honorem. *Vers.* 3. λαμπραῖσιν κυνέαισι præivit *Jani*. Perperam κυνίαισιν ms. *A*. κατ τᾶν dorice, idem quod κατὰ τᾶν, i. e.

i. e. καθ' ὧν. *Vers.* 4. ἱππειοὶ recte *Jani. Vers.* 5. et 6. τἀγάλματα, *Idem*; prima per crasin producta, articulo non sine vi et emphasi adjecto. ἀγάλματα Græci dicunt *ornatum* quemvis. Vide Valcken. ad Phœn. pag. 291. et Ruhnk. ad Tim. p. 5. χάλκεαι δ' αὖ, ex ejusdem *Jani* emendatione.

Septimum octavumque versum idem vir doctus in hunc modum digesserat scripseratque;

„κρυπτοῖσι περὶ λαμπραὶ κναμῖδες
„κείμεναι, ἔρκος ἰσχυρὸν βέλους.

statuens vulgatam scripturam περικείμεναι ex Grammatici alicuius scholio ortam esse, cum a poëta per tmesin separata fuisset præpositio a suo verbo. At prior ex istis versiculis præscriptæ rationi metri repugnat, quum vocabulum λαμπραὶ (sequente voce a consona incipiente) ultimam producat, quæ in illa sede brevis esse debebat. Nulla vero vel mutata vel transposita litera, recte procedebat versiculus:

κρυπτοῖσιν περικείμεναι λαμπραί:

Turbasse virum doctum videtur vocab. κναμῖδες, initio proximi brevioris versiculi ponendum; quod ibi, si penultimam longam statuas, stare utique non poterat. Et effertur quidem alias scribiturque κνημῖδες, circumflexa productaque penultima, atque ita etiam h. l. in ed. Ven. et Bas. scribe-

scribebatur: sed in ed. Cas. (sive consilio id factum fuerit, sive casu) κνάμιδες penacute, penultima brevi, recte scriptum nobis videbatur: quam scripturam nescio an cod. *A.* tueatur. Eadem sane nomina fœminina in ις exeuntia, quæ vocalem jota in genitivo, sicut in nominativo, producunt, eamdem syllabam nonnumquam correptam habere observarunt qui Prosodiæ præcepta tradiderunt. Illam igitur scripturam tenentes, posteriorem versiculum sic constituimus:

κναμίδες, ἄρκος ἰσχυρῶ βέλευς.

Ubi pro ἔρκος, quod in ed. Cas. legebatur, ἄρκος ex ed. Ven. et Bas. revocavimus; quæ scriptura et nostrarum membranarum auctoritate firmatur, et Hesychii testimonio, apud quem habes, "Αρκος· ἄρκεσμα, βοήθεια. Latine, *tutamen id quod* (pericula) *arcet.* Tum, pro mendoso ἰσχυροβελὲς (quod in ἰσχοβελὲς mutandum *Valckenarius* l. c. censuerat, *Jani* vero in ἰσχυρὸν βέλους) eædem membr. opportune ἰσχυρῶ βέλευς dedere, doricos genitivos pro ἰσχυροῦ βέλους. *Vers.* 9. νέῳ λίνῳ haud cunctanter fuit corrigendum cum Casaub. Tum *ibid.* et *vers. sq.* καὶ κοῖλαι δὲ, pro vulgato κοῖλαι τε, Jani præivit, postulante metri ratione. Idem dein κατ' ἀσπίδες βεβλημένων scripsit, eadem sententia quam Casaubonus voluerat; et commodius etiam, servata præpositione κατὰ, et ad verbum βεβλημ. relata. Ac vellem

vellem equidem scripturam βεβλημένων firmari veterum librorum auctoritate; sed βεβλημέναι habet vetutissimus codex *A.* cum aliis junioribus, e quibus excerptas lectiones habuit Casaubonus: eamdemque scripturam etiam Stephanica editio Lyricorum exhibet, pariter fortasse ex aliquo Athenæi codice msto ductam; nam editiones quidem Athenæi omnes in mendosum βεβλημένον consentiunt. *Vers.* 11. παρ' δ' αὖ Χαλκ. (pro vulgato παρ' δὲ) rursus ex *Jani* emendatione est. Cum eodem (*vers.* 12.) κυπατΤίδες gemina τ litera scripsi: rursusque cum eodem (*vers.* 13.) λαθέσθ' pro λαθέσθαι. De voc. κυππασσὶς vel. κυπαττὶς vide Pollucem VII. 6. et alios *Iacobsio* laudatos in Animadvers. ad Anthol. Vol. I. Part. II. pag. 59 sq. Geminatam τ literam, pro gemina σ, ex Dorismo esse, haud ita multo ante observavimus. Deinde cum eodem Jani πρώτιστα ὑπ' ἔργον malueram; sed πρώτισθ' ὑπὸ ἔργον (sic) scriptum dedere membr. *A.* Ipsa postrema verba in hunc modum interpretatur idem vir doctus, jam sæpius a nobis laudatus: „*Quoniam ante omnia hoc munus suscepimus, huic* „*muneri nos ante omnia addiximus*, h. e. quoniam „bellatoris munere et gloria nihil nobis in his „terris prius aut carius est.“

Idem

Idem lib. XV. pag. 455. 456. Tom. V.

Ἐκάλουν δὲ καὶ οἷς περιεδέοντο τὸν τράχηλον στεφάνους, ὑποθυμιάδας, ὡς Ἀλκαῖος ἐν τούτοις·

Ἀλλ' αννήτω 1) μὲν περὶ ταῖς δέραις 2)
παρθέτω 3) πλέκτας 4) ὑποθυμίαδας
τις. 5)

LATINE.

Coronas autem, quibus collum cingebant *hypothymiadas* vocabant; velut Alcæus in his:

Sed anethi circa collum quisque
plexas ponat hypothymiadas.

Animad-

1) Ἀνήτω vel ἀνήτῳ corrigunt.

2) Δέρασι corr. Iac.

3) Perperam περθέτω vulgo.

4) Πλεκτὰς corrigunt.

5) Rectius fortasse abesset τις.

Animadverſiones Ejusdem ad h. l.
Tom. VIII. pag. 70. 71.

ALCAEI fragmentum ſic vulgo ſcriptum legebatur, Ἀλλὰ ἀννήτωμεν περὶ ταῖς δέραις περθέτω πλέκτας ὑποθυμιάδας τις. Ubi monuit CASAUBONUS: „*Alcaei* verba ita ſcribe, „Ἀλλ ἀνήτω μὲν περὶ ταῖς δέραις παρθέτω „ὑποθυμιάδας τις. Doricum ἀνήτω, pro ἀνή„του. Laudant hæc Alcæi Pollux [VI. 107.] „et Theocriti Scholiaſtes. [ad Idyll. VII. 63.] „Cur autem veteres *anetho coronati* cibum ſume„rent, cauſſam explicat Galenus, libro VI. De „Facultatibus ſimplicium Medic. Ὑγρότερόν καὶ „ἧττον θερμόν ἐστι τὸ χλωρὸν ἔτι καὶ ἔγχυμον, „ὥστε πεπτικώτερον μὲν καὶ ὑπνοποιὸν ἔσται „μᾶλλον τοῦ ξηροῦ, διαφορητικὸν δ' ἧττον. διὰ „τοῦτό μοι δοκοῦσι καὶ οἱ παλαιοὶ ἐξ αὐτοῦ „στεφάνοις χρῆσθαι παρὰ τὰ συμπόσια." — Iſtud *Alcaei* fragm. (itemque proximum Sapphus) omiſit Breviator. Codex *A.* ab edita olim ſcriptura nihil quidquam discedit. ἀννήτῳ in ora correxerat Canterus. KOENIUS Alcæi fragmentum adponens in Notis ad Gregorium De Dial p 283. ſic ſcripſit, nihil fere mutans: Ἀλλ' ἀννήτω μὲν περὶ ταῖς δέραις παρθέτω πλέκτας ὑποθυμιάδας. IACOBSIUS, Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. 2. pag. 48. „Sapphicos Alcæi verſus ſic „ſcribendos" ait:

„Ἀλλ᾽ ἀννήτω μὲν περὶ ταῖς δέραισιν
„παρθέτω πλεκτὰς ὑποθυμιάδας.“

Nos ἀννήτω geminata ν litera, et hic, et paullo post (lit. ε,) in posteriori Sapphus ecloga, tenuimus. Amare enim Aeoles (quorum dialecto usus Alcæus est) geminatas consonantes, diserte docent Grammatici. Vide Corinth. pag. 275. sect. 11. et p. 286. sect. 34. et Etymologum pluribus locis, quæ ad Corinthum citavit Koenius; qui eodem etiam loco hæc ipsa Alcæi et Sapphus testimonia retulit, pag. 287. Apud Pollucem et Scholiastem Theocriti, quos Casaubonus nominavit, nil aliud huc spectans monetur; nisi *Alcaeum et Sapphonem coronas memorare ex anetho plexas*: et apud Polluc. quidem ibi simplici ν, sed geminata τ litera scribitur id nomen: quod alioquin ἄνηθον scribi efferrique solet. Neque in πλέκτας apud *Alcaeum*, aut deinde in πλέκταις apud *Sapphonem*, mutare accentum ausus sum. Licet enim Ionicus aut Atticus poëta haud dubie πλεκτὰς (acuta voce) dicturus fuisset; tamen, cum βαρυντικοὺς fuisse Aeoles acceperimus, id est, qui βαρυτόνως efferre consuessent multa, quæ aliis Græcis ὀξύτονα erant, (Etymol, M. p. 752. 13. et pag. 575, 54.) nihil impediebat quo minus recte in illis vocibus acutum in penultima signatum (in quo consentiunt membranæ cum editis) putaremus. Sed in *Anacreontis* proximo fragmento,

cum

cum pariter πλέκτας (nescio an consentiente ms. *A.*) penacute editum esset, πλεκτὰς cum cod. *Ep.* scribendum judicavi.

Idem Lib. XV. Cap. 6. pag. 471. Tom. V.

Ὑποθυμὶς δὲ καὶ ὑποθυμιάδες, στέφανοι παρ' Αἰολεῦσι καὶ Ἴωσιν· οὓς περὶ τοὺς τραχήλους περιετίθεντο ὡς σαφῶς ἐστι μαθεῖν ἐκ τῆς Ἀλκαίου καὶ Ἀνακρέοντος ποιήσεως.

LATINE.

Hypothymides vero et hypothymiades, coronæ apud Aeoles et Ionas; quibus colla cingunt ut perspicue intelligitur ex Alcæi et Anacreontis carminibus. —

Idem Lib. XV. Cap. 10. pag. 509. Tom. V.

Καὶ ὁ ἀνδρειότατος δὲ, προσέτι δὲ καὶ πολεμικὸς 1) ποιητὴς Ἀλκαῖος ἔφη.

Κὰδδ' ἐχεύσατο 2) μύρον ἀδυ κὰττω
στήθεος ἄμμι.

1) Πολεμικώτατος Dalec.

2) Καδδεχεύατο ms. Ep.

LATINE.

Et fortissimus atque etiam bellicosus poëta Alcæus ait:

Suave unguentum mihi desuper in pectus defudit.

Animadversiones Ejusdem ad h. l. Tom. VIII. p. 199.

Καὶ ὁ ἀνδρειότατος δὲ προσέτι δὲ καὶ πολεμικὸς ποιητὴς Ἀλκαῖος Dalec. *poëta simul et fortissimus et pugnacissimus.* Similiter Natalis: *bellicosissimus*: commode, quasi esset πολεμικώτατος. Nihil tamen in Vulgato πολεμικὸς mutant membr. In *Alcaei* fragmento καττῶ recte, pro κατὰ τῶ, id que dorice pro κατὰ τοῦ. In nostro ms. Ep. καδδεχεύατο scribitur, ficut sub contextu notavimus; non καδδεχεύσατο, ut ex amico (quem Ruhnkenium fuisse conjicio) intellexisse se ait Valken. ad Theocr. Idyll. I. vf. 188. Cum isto fragmento conferendum est id quod est apud Plutarch. Sympos. Lib. III. cap. 1. sub finem: Ἀλκαῖος κελεύων καταχέαι τὸ μύρον αὐτοῦ κατὰ τᾶς πολλὰ παθοίσας κεφαλᾶς καὶ τῶ πολιῶ στήθεος.

Idem

Idem Lib. XV. Cap. 49. pag. 534. T. V.

Ἐμέμνητο δὲ οἱ πολλοὶ καὶ τῶν Ἀττικῶν ἐκείνων Σκολιῶν ἅπερ καὶ αὐτὰ ἄξιόν ἐςὶ σοι ὑπομνημονεῦσαι διά τε τὴν ἀρχαιότητα καὶ ἀφέλειαν τῶν ποιησάντων καὶ τῶν ἐπαινȣμένων ἐπὶ τῇ ἰδέᾳ τῆς ποιητικῆς Ἀλκαίου τε καὶ Ἀνακρέοντος· ὡς Ἀριςοφάνης παρίστησιν ἐν Δαιταλεῦσιν, λέγων οὕτως·

Ἆισον δή μοι σκολιόν τιλαβὼν Ἀλκαίου καὶ Ἀνακρέοντος.

LATINE.

Jamque etiam plerique mentionem fecerunt *Atticorum* illorum *Scoliorum:* quæ ut et tibi commemorem operæ pretium fuerit, cum propter vetustatem, tum simplicitatem auctorum, quos inter eminent laudati ob hoc poëseos genus Alcæus et Anacreon; ut docet Aristophanes in Convivantibus ubi ait:

Cane igitur mihi scolion quoddam, seligens ex Alcaei carminibus aut Anacreontis.

DIO-

DIOGENES LAERTIUS

in Vita Thaletis: libr. 1. c. I. n. 7.

Μέμνηται τοῦ Ἀριςοδήμȣ καὶ Ἀλκαῖος οὕτως, Ὥς γάρ δὴ ποτ' Ἀριςόδαμον,
Ὄν φάσιν οὐκ ἀπάλαμνον,
Ἐν Σπάρτα λόγον εἰπεῖν,
Χρήματ' ἀνὴρ, πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πέλετ' ἐσθλός.

LATINA INTERPRETATIO.

Meminit Ariſtodemi Alcaeus quoque hoc modo;

Nam dicunt quoque Ariſtodemum
Non imbellia verba
Spartae haec explicuiſſe;
Pauper nemo probus; quantivis dives habetur.

Idem in PITTACO Lib. I. Cap. III. 74.

Οὗτος (Πιττακὸς) μετὰ τῶν Ἀλκαίου γενόμενος ἀδελφῶν, Μέλαγχρον καθεῖλε τὸν τῆς Λέσβȣ τύραννον.

LATI

LATINE.

Hic una cum Alcæi fratribus Melanchrum Lesbi tyrannum profligavit.

Idem ibid. pag. 76.

Ἡράκλειτος δέ φησιν, Ἀλκαῖον ὑποχείριον λαβόντα καὶ ἀπολύσαντα φάναι. Συγγνώμη τιμωρίας κρείσσων.

LATINE.

Heraclitus autem Alcaeum adſerit habuiſſe captivum, liberumque dimiſiſſe, veniamque ſupplicio meliorem dixiſſe.

Idem Lib. II. Cap. V. 46. n. 25.

Θάλητι δὲ Φερεκύδης, καὶ Βίαντι Σάλαρος Πριηνεύς· Πιττακῷ Ἀντιμενίδας καὶ Ἀλκαῖος, Ἀναξαγόρᾳ Σωσίβιος, καὶ Σιμωνίδῃ Τιμοκρέων.

LATINE.

Thaleti cum Pherecyde (contentio fuit), Biantique cum Salaro Prienæo; Pittaco cum Antimenide et Alcæo Anaxagoræ cum Soſibio, Simonidæque cum Timocreonte.

Idem

Idem in PITTACO Lib I. Cap. IV. n. 9.

Τὗτον Ἀλκαῖος Σαράποδα μὲν καὶ Σάραπον ἀποκαλεῖ, διὰ τὸ πλατύπȣν εἶναι καὶ ἐπισύρειν τὼ πόδε. Χειροπόδην δὲ διὰ τὰς ἐν τοῖς ποσὶ ῥαγάδας, ἃς χειράδας ἐκάλουν. Γαύρικα δὲ, ὡς εἰκῆ γαυριῶντα. Φύσκωνα δὲ καὶ Γάστρωνα, ὅτι παχὺς ἦν. Ἀλλὰ μὴν καὶ Ζοφοδορπίδαν, ὡς ἄλυχνον Ἀγάσυρτον δὲ, ὡς ἐπισεσυρμένον καὶ ῥυπαρόν.

LATINE.

Hunc Alcæus σαράποδα, et σάραπον vocat quod latos pedes traheret Χειροπόδην autem, quod rimas in pedibus haberet, quæ χειράδες appellantur, γαύρικα quod fruſtra intumeſceret Phyſconem vero et gaſtronem, quod pingue eſſet aqualiculo ζοφοδορπίδαν quoque, quod abſque lychno in tenebris cœnaret. Agaſyrtum vero, quod obtrectatoribus pateret, et ſordidus eſſet. —

JULIANUS in Miſopogone.

Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ πολλὰ ἐποιήθη μέλη χαρίεντα, τρυφᾶν γὰρ ἔλαχεν ἐκ

μοιρῶν

μορφὰν Ἀλκαίῳ δὲ οὐκ ἔτι οὐδὲ Ἀρχιλόχῳ τῷ Παρίῳ μοῦσαν ἔδωκε θεὸς εἰς εὐφροσύνας καὶ ἡδονὰς τρέψαι.

PLUTARCHUS ἐν ἐρωτικῷ.

Καὶ κοινῇ τὸν Ἔρωτα συνεγράφουσιν εἰς θεοὺς ποιητῶν οἱ κράτιστοι καὶ νομοθετῶν καὶ φιλοσόφων ἀθρόαι φωναὶ μέγα ἐπαινέοντες, ὥσπερ ἔφη τὸν Πιττακὸν ὁ Ἀλκαῖος αἱρεῖθαι τοὺς Μυτιληναίους τύραννον.

Idem in Sympos. Lib. VIII.

Ἀλλ' οὐ δὲ τὸν Πιττακὸν ἔφη ζοφοδορπίδαν ὁ Ἀλκαῖος ὡς ὀψὲ δειπνοῦντα λέγεται προσειπεῖν, ἀλλ' ὡς ἀδόξοις τὰ πολλὰ καὶ φαύλοις ἡδόμενον συμπόταις.

Idem ἐν τῷ περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθίας.

Τί οὖν ὁ Ἡρόδοτος κατὰ τὸν τόπον γενόμενος τοῦτον ἀντὶ τοῦ Πιττακοῦ ἀριστείας

τὴν

τὴν. Ἀλκαίȣ διηγήσατο φυγὴν ἐκ τῆς μάχης τὰ ὅπλα ῥίψαντος.

Idem περὶ μȣσικῆς.

Οὔ τε γὰρ Μαρσύου ἢ Ὀλύμπȣ ἢ Ὑάγνιδος ὥς τινες οἴονται, εὕρημα ὁ αὐλὸς. οὐ μόνη δὲ κιθάρα Ἀπόλλωνος ἀλλὰ καὶ αὐλητικῆς καὶ κιθαριστικῆς εὑρετὴς ὁ θεός. δῆλον δὲ ἐκ τῶν χορῶν καὶ τῶν θυσιῶν ἃς προσῆγον μετὰ αὐλῶν τῷ θεῷ. καθάπερ ἄλλοιτε καὶ Ἀλκαῖος ἔν τινι τῶν ὕμνων ἱστορεῖ.

STRABO Lib. XIII.

Καὶ Ἑλλάνικος δὲ Λέσβιος συγγραφεὺς καὶ Καλλίας τὴν Σαπφὼ καὶ Ἀλκαῖον ἐξηγησάμενος.

APUD STOBAEUM ἐν πενίας ψόγῳ.

Ἀργαλέον πενία κακὸν, ἄσχετον ἃ μέγαν
Δάμνησι λαὸν, ἀμηχανίᾳ σὺν ἀδελφεᾷ.

LATI-

LATINE.

Grave paupertas, intolerabile quae magnum
Domat populum cum perplexitate sorore.

Ex Hephaestione.

Ἰοπλόκαμ' ἀγνὰ μειλιχόμειδε Σαπφοῖ.

Suidas.

in verbo τετυφῶμαι p. 455.

Καὶ γὰρ Ἀλκαῖός φησι· παμπὰν δὲ τύφος ἐκ δ' ἔληγε τὰς φρένας.

LATINE.

Hinc et Alcæus inquit: *omnino vero typhon mentem ipsi ademit.*

Ex auctore proverbiorum.

Πιτάνη εἰμί. αὕτη παρ' Ἀλκαίῳ κεῖται λέγεται δὲ καὶ κατὰ τῶν πυκναῖς συμφοραῖς περιπιπτόντων ἅμα καὶ εὐπραγίαις. παρόσον καὶ τῇ πιτάνῃ τοιαῦτα παρέβη πράγματα, ὧν καὶ Ἑλλάνικος μέμνηται. φησὶ γὰρ αὐτήν

αὐτὴν ὑπὸ πελασγῶν ἀνδραποδισθῆναι καὶ πάλιν ὑπὸ Ἐρυθραίων ἐλευθερωθῆναι.

Ex eodem.

Αἲξ σκυρία. Χρύσιππός φησιν ἐπὶ τῶν τὰς εὐεργεσίας ἀνατρεπόντων τετάχθαι τὴν παροιμίαν. ἐπειδὴ πολλάκις τὰ ἀγγεῖα ἀνατρέπει ἡ αἲξ. ἄλλοι δέ φασιν ἐπὶ τῶν ὀνησιφόρων λέγεσθαι, διὰ τὸ πολὺ γάλα φέρειν τὰς σκυρίας αἶγας. μέμνηται ταύτης Πίνδαρος καὶ Ἀλκαῖος.

Ex eodem.

Ὁ Κρὴς τὴν θάλατταν. ἐπὶ τῶν ἐν οἷς διαφέρουσι ταῦτα φεύγειν προσποιουμένων ἡ παροιμία ἐστίν. ἐπειδὴ ναυτικώτατοι οἱ Κρῆτες ἐγένοντο. μέμνηται ταύτης καὶ Ἀλκαῖος.

SYNESIUS,

ἐν τῷ περὶ ἐνυπνιων.

Τοσοῦτος ἄρα νοῦ μὲν αὐχμὸς, ἐπομβρία δὲ λέξεων τοὺς ἀνθρώπους κατέχειν, ὡς

εἶναι

εἶναί τινας οἱ δύναται λέγειν, οὐκ ἔχοντες ὅτι δεῖ λέγειν. δέον ἀπολαύειν ἑαυτῶν, ὥσπερ Ἀλκαῖός τε καὶ Ἀρχίλοχος, οἱ δεδαπανήκασιν τὴν εὐστομίαν εἰς τὸν οἰκεῖον βίον ἑκάτερος. Καὶ τοίνυν ἡ διαδοχὴ τοῦ χρόνου τηρεῖ τὴν μνήμην ὧν τε ἤλγησαν, ὧν τε ἥσθησαν. οὔτε γὰρ κενεμβατοῦντας τοὺς λόγους ἐξήνεγκαν, ὥσπερ τὸ νέον τοῦτο σοφὸν γένος ἐπὶ συμπεπλασμέναις ταῖς ὑποθέσεσιν οὔτε ἑτέροις κατεχαρίσαντο τὸ σφέτερον ἀγαθὸν, ὥσπερ Ὅμηρος καὶ Στησίχορος.

Corinthus
de Dialectis.

Διαφέρει δὲ ἡ τῶν Κρητῶν διάλεκτος, ᾗπερ κυψέλλαις ἐχρήσατο, καὶ ἡ Λακώνων, ᾗπερ Ἀλκαῖος ἐστίχησεν. ἡ μέν τοι Πινδάρου καὶ Σιμωνίδου καὶ Βακχυλίδου παντελῶς ἀγνοεῖται, διὰ τὸ μὴ δωριεῖς εἶναι φύσει τοὺς ποιητὰς, ἔχειν δὲ μόνην αὐτῶν τὴν διάλεξιν.

Apud

Apud Pindari Scholiastem in Isthmicis.

Τοῦτον δὲ τὸν Ἀριστόδημον Πίνδαρος μὲν οὐ τίθησιν ἐξ ὀνόματος, ὡς δήλου ὄντος ὅς ἐστιν ὁ τοῦτο εἰπών. μόνον δὲ ἐσημειῶτο τὴν πατρίδα, ὅτι ἀργεῖος. Ἀλκαῖος δὲ καὶ τὸ ὄνομα, καὶ τὴν πατρίδα τίθησιν, οὐκ Ἄργος ἀλλὰ Σπάρτην·

Ὡς γάρ δή ποτέ φασιν Ἀριστόδημον
Ἐν Σπάρτᾳ λόγον οὐκ ἀπάλαμνον εἰπεῖν·
Χρήματ᾽ ἀνήρ. πενιχρὸς δ᾽ οὐδεὶς
Πέλετ᾽ ἐσθλὸς, οὐ δὲ τίμιος.

LATINE.

Ut enim quondam ajunt Aristodemum
Apud Spartam dictum non efficax protulisse
Pecuniae (sunt) *vir, pauper autem nullus*
Est strenuus, neque in pretio.

Apud eundem ibidem.

Καὶ Ἀλκαῖος τὴν δυστυχίαν, χειμῶνα καὶ τρικυμίαν λέγει.

Apud

Apud eundem ibidem.

Ταῦτα δὲ τείνει εἰς τοὺς περὶ Ἀλκαῖον, καὶ Ἴβυκον, καὶ Ἀνακρέοντα, καὶ εἴ τινες τῶν πρὸ αὐτοῦ δοκοῦσι περὶ τὰ παιδικὰ ἠσχολῆσθαι.

Apud eundem in Olympicis.

Ἀλκαῖος δὲ καὶ Ἀλκμὰν λίθον φασὶν ἐπαιωρεῖσθαι τῷ Ταντάλῳ.

Apud eundem.

Εἴθ' ἐξῆν ὁποῖός τις ἦν ἕκαστος τὸ στῆθος διέλοντα ἔπειτα τὸν νοῦν ἰδόντα, κλείσαντα πάλιν ἄνδρα φίλον νομίζειν ἀδόλῳ φρενί.

LATINE.

Utinam liceret, qualis esset quisque, ubi (quis ejus) pectus discidisset, deinde mentem conspexisset, clausissetque rursum virum amicum existimare non doloso animo.

Ὁ δὲ καρκῖνος ὧδ' ἔφη, χαλᾷ τὸν
ὄφιν λαβών,

Εὐθὺ

Ἐυθέως χρὴ τὸν ἑταῖρον ἔμεν καὶ μὴ σκολιὰ φρονεῖν.

LATINE.

Cancer autem ita locutus eſt, quum ſerpentem chelis prehendiſſet.
Neceſſe eſt ut ſodalis rectum ſequentur, et non obliqua volvat animo.

Παλλὰς τριτογένεια ἄνασσ' ὄρθου τήνδε πόλιν τε καὶ πολίτας ἄτερ' ἀλγέων τε καὶ ςασέων, καὶ θανάτων αώρων οὔτε καὶ πατὴρ πλούτου μῆτερ Ὀλυμπία, ἐδωδὴν Δήμητρας στεφανοφόροις ἐν ὥραις τε παῖ Διὸς Φερσεφόνη χαιρετον. εὖ δέ ταν δ' ἀμφέπετον πόλιν.

LATINE.

Pallas Tritonia regina guberna hanc civitatem et cives ſine doloribus ſeditionibus motibusque immaturis. Tuque et pater divitiarum mater Olympia cibum Cereris coronigeris in Horis, Filia Jovis Proſerpina Salve, et hanc recte adminiſtrate civitatem.

Ἐν

Ἐν Δήλῳ ποτ' ἔτικτε παῖδα Λατὼ Φοῖβον χρησοκόμαν ἄνακτ' Ἀπόλλωνα, ἐλαφηβόλον τ' ἀγροτέραν Ἄρτεμιν ἃ γυναικῶν μέγ' ἔχει κράτος.

LATINE.

Apud Delum quondam peperit Latona filium Phœbum auricomum regem Apollinem, cervorum que jaculatricem, venatricem Artemin, quæ mulierum magnum habet principatum.

Ἰὼ Πὰν Ἀρκαδίας μεδέων κλεεννᾶς ὀρχηστὰ Βρόμιε, Ἰὼ Πὰν ἐπ' ἐμαῖς εὐφροσύναις, ταῖς ἀοιδαῖς ἄειδε κεχαρημένος ἐνικήσαμεν ὡς ἐβελόμεθα καὶ νίκην ἔδοσαν θεοὶ, φέροντες παρὰ Πανδρόσε ὡς φίλην Ἀθηνᾶν.

LATINE.

Io Pan Arcadiæ inclytæ dominator, ſaltator Bromie io Pan ad mea gaudia cane carmina exultans. Vicimus ut volebamus, et victoriam donarunt dii, afferente a Pandroſo ad charam Minervam.

O   Ἐν

Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω ὥσπερ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην, ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην. φίλταθ' Ἁρμόδι οὔπω τέθνηκας νήσοις δ' ἐν μακάρων σέ φασὶν εἶναι ἵνα περ ποδώκης Ἀχιλλεύς Τυδείδην τε φασὶν τὸν ἐσθλὸν Διομήδεα. Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω ὥσπερ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων ὅτ' Ἀθηναίης ἐν θυσίαις ἄνδρα τύραννον Ἵππαρχον ἐκτεινέτην. ἀεὶ σφῶν κλέος ἔσσεται κατ' αἶαν φίλταθ' Ἁρμόδιε καὶ Ἀριστογείτων ὅτι τὸν τύραννον κτανέτην, ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην.

LATINE.

In myrthi ramo gladium geſtabo ut Harmodius et Ariſtogiton, quando tyrannum occiderunt, et Athenas æquabili jure uti fecerunt. Chariſſime Harmodie, nondum es mortuus, ſed in beatorum inſulis te ajunt eſſe ubi eſt celeripes Achilles, ajunt etiam eſſe Tydiden, ſtrenuum Diomedem. In myrthi ramo gladium geſtabo, ſicut Harmodius et Ariſtogito n cum in ſacrificiis (quæ fiebant) Minervæ virum tyrannum Hipparchum interfecerunt. Semper gloria veſtra

erit

erit per terram, chariſſime Harmodie et Ariſtogiton; quia tyrannum occidiſtis, et æquabile jure Athemsuti feciſtis.

Εἴθε λύρα καλὴ γενοίμην ἐλεφαντίνη,
Καί με καλοὶ παῖδες φοροῖεν Διονύσιον ἐς χορόν.
Εἴθ' ἄπυρον καλὸν γενοίμην μέγα χρυσίον,
Καί με καλὴ γυνὴ φοροίη καθαρὸν θεμένη νόον.

LATINE.

Utinam lyra pulchra forem eburnea,
Et me pulchri pueri ferrent ad Dionyſiacum chorum.
Utinam pulchrum eſſem ingens aurum, ignem non expertum
Et me pulcher mulier geſtaret, puram quae induiſſet mentem.

Πόρνη καὶ βαλανεὺς ταυτὸν ἔχουσ' ἐμπεδέως ἔθος
Ἐν ταυτᾷ πυέλῳ τόντ' ἀγαθὸν τόντε κακὸν λόει.

LATINE.

Meretrix et balneator eundem habent perpetuo morem,
In eodem solio, et probum et improbum lavant

Σύν μοι πῖνε, συνήβα, συνέρα συστεφανηφόρει,
Σύν μοι μαινομένῳ μαίνεο σὺν σώφρονι σωφρόνει.

LATINE.

Mecum bibe, mecum pubertatem transige, mecum esto amator, mecum coronas gesta;
Quum insaniam, una mecum insani; cum ero mentis compos, mentis mecum sis compos.

Aliud.

Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος ὦ ἑταῖρε ὑποδύεται
Φράζευ μή σε βάλῃ τῷ δ' ἀφανεῖ πᾶς ἕπεται δόλος.

LATINE.

Sub omnem lapidem scorpius o sodalis subrepit,
Cave ne te feriat. Id enim quod est in tenebris, adjunctum habet omnem dolum.

Aliud.

Aliud.

Ἁ ὗς τὸν βάλανον τὸν μὲν ἔχει τὸν δ'
ἔραται λαβεῖν·
Κἀγὼ παῖδα καλὴν τὸν μὲν ἔχω, τὸν
δ' ἔραμαι λαβεῖν.

LATINE.

*Sus glandem, aliam quidem habet, aliam autem
optat accipere:
Ego quoque puellam pulchram, aliam quidem
habeo, aliam autem cupio accipere.*

Aliud.

Ἐκ γῆς χρὴ κατιδεῖν πλόον,
Εἴτις δύναιτο καὶ παλάμην ἔχοι·
ἐπεὶ δὲ κᾂν πόντῳ γένηται,
τῷ παρεόντι τρέχειν ἀνάγκη.

LATINE.

*E terra oportet explorare navigationem,
Si quis possit, et industriam habeat,
At postquam in alto fuerit,
Eo (vento) qui adest currere est necesse.*

ISACIUS TZETZES
in Lycophronem.

Ὅτι οἱ οἰνωθέντες τὰ τοῦ λογισμοῦ ἀπόῤῥητα ἐκφαίνουσιν ὅθεν καὶ ὁ Ἀλκαῖος φησιν,

Οἶνος γὰρ ἀνθρώποις δίοπτρον.

EUSTATHIUS
in Homerum,

Ἀδμήτου λόγον ὦ 'ταῖρε μαθὼν, τοὺς ἀγαθοὺς φίλει,
Τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου, γνὰς ὅτι δειλοῖς
)

Idem in Iliad. Θ'.

Βληχρὸν γὰρ τὸ ἀσθενὲς, ὡς Ἀλκαῖος·
Βληχρῶν ἀνέμων ἀχείμαντοι πνοαί.

Idem in Odyſſ φ'.

Οὐδέτι μυνάμενος ἄλλο νοήμος.

Idem

Idem in Dionysium.

Ἕτερον δέ φασιν εἶναι τοῦτον τὸν Ἡρακλέα παρὰ Σκύθαις βασιλέα τῶν τόπων, ὃς ἠράσθη τε τῆς Ἰφιγενείας πεμφθείσης ἐκεῖ, καὶ ἔμεινεν ἐπιδιώκων, ἐξ οὗ ὁ τόπος, Ἀχίλλειον οἱ δὲ τοῦτο λέγοντες παραφέρουσιν μάρτυρα τὸν Ἀλκαῖον λέγοντα.

Ἀχιλλεῦ ὃς τᾶς σκυθικᾶς μεδέεις.

Ex auctore Proverbiorum

Χρήματ' ἀνήρ. αὕτη ἀποφθεγματική ἐστιν ὡς τὰ παραγγέλματα τῶν ἑπτὰ σοφῶν. μέμνηται αὐτῆς Πίνδαρος. Ἀλκαῖος δὲ ὁ ποιητὴς ὑπὸ Ἀριστοδήμου τοῦ Λακεδαιμονίου εἰρῆσθαι ταύτην φησί.

Theocriti Scholiastes,
Idyll. VII. vſ. 63.

Ἀνήθινον. Εἶδος ἄνθους τὸ ἀνήθινον. ἀνηθίνοις δὲ ἐχρῶντο στεφάνοις, ὡς Ἀλκαῖος καὶ Σαπφώ.

Idem

Idem ibidem.

Ἀλκαῖος

Ἕβρος κάλλιστος ποταμῶν.

APPOLLONII RHODII SCHOLIASTES, in Lib. I.

Ἀρτακία κρήνη περὶ Κύζικον ἧς καὶ Ἀλκαῖος μέμνηται καὶ Καλλίμαχος ὅτι Δολωνίας ἐστί.

Iddem in Lib. IV.

Ἀλκαῖος δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ Ἀκουσιλάῳ λέγει τοὺς φαίακας ἔχειν τὸ γένος ἐκ τῶν σταγόνων τοῦ οὐρανοῦ.

SOPHOCLIS SCHOLIASTES, in Oedipum Tyrannum,

Ἄνδρες γὰρ πόλις καὶ οὐ τείχη.

Ἄνδρες πόλεως πύργοι ἀρήιοι.

Idem

Idem ibidem.

Ἐλάφῳ δὲ βρόμος ἐν στήθεσι φύει φοβερός.

Idem in Oedipum Col.

Τοῦτο δὲ καὶ παροιμιακῶς λέγει. ὅτι ὁ θυμὸς ἔσχατον γηράσκει· λέγει δὲ διὰ τοὺς πρεσβυτέρους, ὅσῳ γὰρ γεράσκουσι, τὸν θυμὸν ἐῤῥωμενέστερον ἔχουσι. καὶ Ἀλκαῖος ὡς λέγομεν, οὐ κατὰ κοινὸν αὐτοῦ μιμνήσκεται.

EX HESIODI SCHOLIASTE.

Εἰκ' εἴποις τὰ θέλεις, ἀκούσαις τάκ' οὐ θέλεις.

Ex eodem in Theogonia.

Τὴν ὕδραν Ἀλκαῖος μὲν ἐννεακέφαλον Σιμωνίδης δὲ πεντηκοντακέφαλον.

ARISTOPHANIS SCHOLIASTES,
ἐν σφηξὶν.

Ἄνθρωπ' οὗτος ὁ μαινόμενος παρὰ τὰ Ἀλκαίου.

Ὤνησεν οὗτος καὶ μαινόμενος τὸ μέγα
κράτος,
Τάχα τρέψεις τὴν πόλιν ἃ δὲ ἔχεται
ῥοπᾶς.

Idem ἐν ὄρνισιν,

Ὄρνιθες τίνες οἵδε. ὠκεανῷ γὰρ ἀπὸ περάτων ἦλθον, Πανέλοπες ποικιλόδειροι τανυσίπτεροι.

Idem ibidem.

Ὅτι, τῷ διαβάλλεται, χρῶνται ἐπὶ τοῦ ἐξαπατᾶν, ὡς καὶ Ἄρχιππος ἐν πλούτῳ, ἔστι δέ μοι καλῶς πρόφασις εἰρημένη, τὸν γὰρ γέροντα διαβαλοῦμαι τήμερον. παρόμοιον δὲ καὶ τὸ Ὁμηρικόν· παραβλήδην ἀγορεύων καὶ παραβάλλεταί σε.

Ex

EX AESCHYLI SCHOLIASTE,
ἐν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις.

Οὐδ' ἑλκοποιὰ etc. ταῦτα παρ' Ἀλκαίῳ εἴρηται, ὃ τιτρώσκει τὰ ἐπίσημα ὅπλα. οὐδὲ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ δύναμιν ἔχει, εἰ μὴ ἄρα ὁ φεύγων αὐτὰ, δύναμιν ἔχῃ. καὶ γενναῖος ᾖ.

In ALCAEUM.

Ex Moſcho in Bionis epitaphio.

Οὐ τόσον Ἀλκαίῳ πέρι μύρατο Λέσβος ἐρυμνά.

In eundem.

Ὧν Μυτιληναῖος μὲν ἔην γεγαρώτερος ἄλλων,
Ἀλκαῖος πρότερος ἠχικὸς αἰολίδος.

In eundem.

Καὶ ξίφος Ἀλκαίοιο, τὸ, πολλάκις αἷμα τυράννων,
Ἔπεισεν, πάτρης θέσμια ῥυόμενον.

TESTI-

TESTIMONIA ET JUDICIA SCRIPTORUM LATINORUM DE ALCAEO.

CICERO,
de Nat. Deor. Lib. I. Cap. 28.

Deinde nobis, qui, concedentibus philofophis antiquis, adolefcentulis delectamur etiam vitia faepe jucunda funt. Naevus in articulo pueri delectabat Alcaeum. at eft corporis macula, naevus. illi tamen hoc lumen videbatur.

Idem Tufcul. Quæft. Lib. IV. Cap. 33.

Quid denique homines doctiffimi et fummi poëtae de fe ipfi et carminibus edant, et cantibus? fortis vir in fua republica cognitus, quae de juvenum amore fcripfit Alcaeus.

HORA-

HORATIUS,

Carm. Lib. I. Od. 32. v. 1 - 12.

Poſcimus ſi quid vacui ſub umbra
Luſimus tecum, quod et hunc in annum
Vivat, et plureis: age dic Latinum
Barbite carmen,

Lesbio primum modulate civi:
Qui ferox bello, tamen inter arma,
Sive jactatam religarat udo
Littore navim:

Liberum, et Muſas, Veneremque, et illi
Semper haerentem puerum canebat:
Et Lycum, nigris oculis nigroque
Crine decorum.

Idem Carm. Lib. II. Od. 13.

Quam pene furvae regna Proſerpinae,
Et judicantem vidimus Aeacum,
Sedeisque diſcretas piorum et
Aeolis fidibus querentem.

Sappho

Sappho puellis de popularibus.
Et te sonantem plenius aureo,
Alcaeo plectro dura navis,
Dura fugae mala, dura belli.

Idem Carm. Lib. IV. Od. 9, v. 5.

Non, si priores Maeonius tenet
Sedeis Homerus, Pindaricae latent,
Ceaeque, et Alcaei minaces,
Stesichorique graves Camoenae.

Idem Epist. Lib. I. Ep. XIX. ad Mæcenatem v. 28 sqq.

Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho,
Temperat Alcaeus: sed rebus et ordine dispar,
Nec socerum quaerit, quem versibus oblinat atris,
Nec sponsae laqueum famoso carmine nectit.

Idem Epist. Lib. II. Ep. II. ad Julium Florum vs. 99.

Discedo Alcaeus puncto illius; ille meo quis?

OVIDIUS,
Heroid. Ep. XV. vs. 29. 30.

Nec plus Alcaeus, consors patriaeque lyraeque,
Laudis habet: quamvis grandius ille sonet.

QUINCTILIANUS,
Instit. Orat. Lib. X. 1.

Alcaeus in parte operis aureo plectro merito donatur, qua tyrannos insectatur: multum etiam moribus confert: in eloquendo quoque brevis et magnificus, et diligens, plerumque Homero similis, sed in lusus et amores descendit, majoribus tamen aptior.

VALE-

Valerius Maximus,
Lib. IV. Cap. I. de Moderatione, ext. 6.

Pittaci quoque moderatione pectus instructum, qui Alcaeum poëtam, et amaritudine odii, et viribus ingenii adversus se pertinacissime usum, tyrannidem a civibus delatam adeptus, tantummodo quid in opprimendo posset, admonuit.

Priscianus.

In femininis etiam Alcaeus νέπη, pro, νέπης, posuit et Theopompus χαίρη, pro, χαίρης.

Solinus.

Ingenia Asiatica inclyta per gentes fuere. Poëtae Anacreon, inde Mimnermus, deinde Hipponax, deinde Alcaeus, inter quos etiam Sappho.

Atilius Fortunatianus.

Quod metrum Alcaeus ſic ordinavit, homo in muſicis exercitatiſſimus.

Porphyrio in Horatium.

Alcaeus bellicas res ſcripſit, et navigationem ſuam, cum a tyrannis Mytilenenſibus pulſus eſt.

Idem ad Horat. Carm. lib. IV. od. 9 vſ. 3.

Minaces autem Alcaei Camoenae dicuntur, quoniam adeo amarus fuit, ut auſteritate carminis ſui multos civitate ejecerit.

Idem ad Horat. Carm. Lib. I. Od. X. vſ. 1.

Hymnus eſt in Mercurium ab Alcaeo lyrico poëta (ad v. 9.) Fabula autem haec ab Alcaeo ficta.

Idem ad Horat. Sermon. Lib. II. Sat. I. vſ. 30.

Ariſtoxeni ſententia eſt ille enim in ſuis ſcriptis oſtendit Sapphonem et Alcaeum volumina ſua loco ſodalium habuiſſe.

Acron in Horatium.

Alcaeum dixit, qui fuit de Lesbo inſula. Hic etiam res bellicas adverſus tyrannos geſſit, et Pittacum Mytilenaeum victum expulit.

Idem.

Alcaeus nomen poëtae eſt lyrici, a quo et metrum Alcaicum dictum eſt: qui res bellicas et navigationem ſuam ſcripſit, dum a Pittaco tyranno civitatis ſuae pulſus eſſet, eo quod Mytilenenſibus amorem libertatis ſuaderet, quos poſtea collecto exercitu, ſuperavit.

Errata.

Pag. 7. lin. 2. pro ῳδαῖς leg. ῳδαῖς.
— 11. — 1. — pracipuus — præcipuus.
— 13. — 7. a. e. — crebas — crebras.
— 16. — not 7. a. e. — Antonins — Antonius.
— 17. — 4. a. e. — Sopphonis — Sapphonis.
— — — 3. a. e. — Saphronis — Sophronis.
— 32. — 5. — — perissie — periisse.
— — — 6. — — exstiti — exitii.
— 36. — 11. — — in suspicere — ita suscipere.
— 49. — 4. — — affiiciatur — afficiatur.
— 50 — 8 — — Myrsilii — Myrsili.
— 53 — ext. — — horida — horrida.
— 64 — 3 — — potnm — potum.
— 75 — 7 — — Αρεσι — Ἄρει.
— 83 — 6 — — ᾽γίνετο — ἐγίνετο.
— 86 — 1, 2. — — erubes eunt — erubescunt.
— 90 — 10 — — scrlbatur — scribatur.
— ib. — 4 — — facam — faciam.
— 91 — 4 — — μοχθεντες μεγάλῳ — μοχθεύντες μεγάλω.
— 93 — 10 — — δὲς — τὰς.
— 102 — 7 — — Κεριαριον — Κεάριον.
— 109 — 14 — — occisso — occiso.
— 111 — ext. — — μηοτε — μητε.
— 115 — 9 — — Πίνθαρος — Πίνδαρος.
— 122 — 4 — — με — μι.
— 213 — 3 — — τὸν μὲν ἔχω, τὰν — τὴν μὲν ἔχω, τὴν.
— 215 — 7 a. e. — Ἀριςοθήμου — Ἀριστοδήμου.

Griechische Werke in J. C. Hendels Verlage.

Αισωπε μυθοι. Recepi Fabeln, mit erklärenden Anmerkungen, und einem griechisch-deutschen Wortregister von J. D. Büchling. 14 Gr.

Aristophanis Nubes, iterum in usum lectionum e Brunckiana recens. edidit C. G. *Schütz.* 10 Gr.

—— Acharnenses græce, edidit, varietate lect. animadvers. VV. DD. suisque nec non indice vocab. instruxit I. G. C. Hœpfner. P. I. 10 Gr.

Euripidis Iphigenia in Aulide græce, recensuit comment. illustr. indicemque verb. difficil. adjecit I. G. C. Hœpfner. 1 Thlr. 4 Gr.

— tragœdiæ Phœnissæ, cum schol græc. e recens. Valkenarii ed indic. verbor adj. Schutz. 18 Gr.

Eusebii Pamphili - historia ecclesiastica, Libri X. ejusdem de vita Constant. Libri IV græce textum recens. notasque max. partem crit. adjecit F. A. *Stroth.* T. I. 8v. 1 Thlr. 16 Gr.

Παλαιφατε περι απιςων. Paläphatus von unglaubl Begebenheiten; mit griechisch-deutschem Wortregister, von J. D. Büchling. 10 Gr.

Phäders Aesopische Fabeln, übers. ht u. mit erklär. Anmerk. begleitet von J. D. Büchling. 12 Gr.

Πλατωνος Φαιδων, η περι ψυχης, Platos Phædon, oder von der Unsterblichkeit der Seele; mit den vorzüglichsten Erläuterungen der berühmtesten Ausleger, von Ioh. Dav Büchling. 18 Gr.

Πλατωνος Φαιδων, in usum lect. edidit I. D. Büchling (blos griechischer Text mit Accenten) 8 Gr.

—— ibid. sine accentuat. ed. S. G Wald. 8 Gr.

Schütz, Chr. Godf. Chrestomathia græca, ad usum lectionum adornata. Pars I - III. 1 Thlr. 12 Gr.

Sybel, M. G A Patristische Chrestomathie aus Eusebius, Socrates und Sozomenus, als Einleitung in die Lectüre der Kirchenväter. 10 Gr.

Theophrasti moral. Charact. griech. mit erklær. Anmerk. u. gr. deutsch. Regist. v. Büchling. 16 Gt.

— dasselbe von demselben ins Deutsche übers. 6 Gr.

Tralliani, Phl. opusc. græc. et lat. ed. *F. Franz.* 12 Gr.